

Rép
P
LXVII
194/2

PHILOSOPHIA MORALIS COLLEGII TOLOSANI.

Studio PETRI IULIANI Claromontani Diaecesis
Lodensis; Doctoris Theologi, & in eodem
Collegio Philosophi.

Ad Nobilissimum Dominum D. PETRUM de
BERTIER, Ecclesiae Tolosanae Archidia-
conum Primarium, & loci Restaurati
Abbatem vigilantissimum.



T O L O S Æ,
Apud PETRUM D'ESTEY, sub signo Präli
Aurei, juxta Collegium Fuxenſe.

M. DC. XXXIII.



РІНОГОРОДА
МОЯДІС
ГОЛІВЕЦІ
ЧОРОСАНІ

Wing feathers long and slender, blackish brown, with a few white ones at the base; tail long, deeply forked, with a few white feathers at the base; legs and feet strong, blackish brown.

卷之三十一

— 30 —

2018-19
MICHIGAN MUSEUM

1984-1985
1985-1986
1986-1987
1987-1988

WILSON, O. M.

...and so on. The first two are the most important.





NOBILISSIMO
DOMINO. D.

PETRO DE BERTIER,
ECCLESIAE TOLOSANÆ
ARCHIDIACONO PRIMARIO;
& loci Restaurati Abbati
vigilantisimo.

ANTCA est morum quibus
vita tua commendatur integritas,
(Abbas nobilissime) ut liber
de moribus tibi debeat, nec insinus
cuiquam possit adscribi. Timebam
multorum inuidiam, parabatur
exterioris hominis, in Interiore
quem delineauis certamen, cum
pacem promisisti tui nominis amplitudo, & litem interce-
dentem direxisti, iudicis tui probitas inculpata. Benè est,
ā ij

vindicem habeo quem virtus ipsa prædicat, quem in
primo etatis flore maturum seculi nostri miratur emula-
tio. Probasti iam plerumque quid possent ingenii tui vires,
& multos tibi demeruisti, qui votorum suorum religione
te comitentur, ad maiora properantem. Aduolauit in
patriam tuam iamdiu glorie tuae celebritas, & latius in
sermone omnium crevit tui nominis existimatio. Audax
igitur ego, nec satis consultus, qui munusculum offero,
cum omnia si meritis tuis conferantur angusta sint, &
omnia superes prater optimi cuiusque viri studium &
voluntatem. Malo tamen rei magnitudinem decesse, quam
officii mei rationem desiderari. Praefat omnibus animi
largitas, & ex eo multum accedit ponderis ad veram obse-
quij deuotionem. Submitte igitur aliquando celsitudinem
tuam ad operis mei exilitatem: plurima videbis que in
te sunt & intimum tui ipsius speculum coperies. Veniam
dabis si debitis ornamentis non expleatur, cum satis
gloria sit illud tuis oculis subiecisse.

ISADDA IVLIA N V S.

APPROBATIO.

NO'S infra scripti Sacrae facultatis Theologiae in Academia Tolosana Professores Librum hunc cui titulus est *Philosophia Moralis*, Collegij Tolosani, studio PETRI IULIANI Claramontani Lodouensis Diocesis, Doctoris Theologi, & in eodem Collegio Philosophi, acurate perlegimus nec in eo quicquam quod recte fidei aut bonis moribus contrarium sit, imo ad mores recte componendos vitamque honeste instituendam, certain & facilem viam ostendit. Datum Tolosæ, die 16. mensis Feb. Ann. 1633.

F. A. P. CAPDEVILLE, Professor Regius, ord. B. M. de Mercede, in Academia Tolosana.

F. P. COLLONVES, Doctor Regens, & Prouincialis PP. Carmelitarum Prouincie Tolosæ.

F. I. BOYSET, Professor Collegii S. Bernardi.

CLARISSIMO VIRO, DOMINO
PETRO IVLIANO DOCTORI
Theologo & in Collegio Tolosano
Philosopho præstantissimo.

C Lari-montis bonos clarum et patria fecit,
Sed magis illa, suo nomine, clara micat.
Das nobis mores, & vise dirigit usus
Quia vitam seruas, nec potes ipse mori.

AVTRE PAR LE MESME,

V LIEN ta Ville est jalouse
Devoir si l'ong-temps que Thoulouse
Ceuille les fruits de ton sçauoir
Mais la source en est si feconde
Que ton esprit à le pouuoir
De les semer par tout le monde.

AVTE P E V M E T I C H.

Q VE ta Mourale à de bertuts
Lous bicis ne sount abatuts
Et l'embeje toustem jelouse
De so que nou gause ataque
Nou n'es plus que per presica
Lou Philosophe de Toulouse.

Huroux Clarmont daüe pourtat
Vn esperit ta plan montat
Mes plus hurouse nostre Esquile
Qui per lamou d'un frut ta boun
Ba retenti per tout lou moun
Ceum' Cardeilhac hé per la bile.

D. BARON, Ded.

AD EVNDEM

EPIGRAMMA.

REs leuis est generasse viros, natura figuram
His dedit, at, formam qui struit, ille facit

A L I V D.

FErre diuinos violarant secula mores,
Moribus, aurea sunt secula, facta tuis.

A L I V D.

QVAS patitur natura vices, quæ prælia tentat,
Exutis, & geminū perficis arte virum.

P. ORTOLANVS, Doct.

E P I G R A M M A.

CYNICE Sollicita tenebris inuolue lucernam
Nec rectum, dubio lumine quare virum
Inumeros format, morum laudabilis author
Quod natura negat, moribus iste facit.

P. NAMOIAN, Doct.

SONNET.

Si je jette les yeux, sur ce diuin ouurage,
Ou la nature, & l'art corrigeant leurs excess:
Je ne peux m'asouuir de l'admirer assés,
Puisque ma passion augmente d'auantage.

Si de l'Esprit humain la fureur & la rage,
Ont hors de la raison leur mouvement poussés:
Tu as icy fort bien les reglemens tracés
Dans les termes naïfs de ton diuin l'angage.

Tolose le seiout^r des hommes plus feconds
Di^t qu'ils s'honorcroint que d'estre tes secôds
En cest art ou les fleurs tu melles sans espines.

Par tes doctes escrits tu te rends immortel,
Et puis qu'ils sot diuins, leur cours doit estre tel
Qu'il ny a point de fin, pour les choses diuines.

I. PARTHY, 3

Quesada, García, Montes de Oca, Ruiz
Nicolás, Pérez, Rubio, Sánchez, Valdés

REGIMENTAL



PHILOSOPHIA MORALIS COLLEGII TOLOSANI.

DISPVATATIO PRIMA.

Eominem, & Deo, & sibi,
& alijs natum esse, proclamat
vniuersa natura. Decet igitur
illum, ijs omnibus, quanta-
cunque debet ad amissum
persoluere (Deo quidem ho-
norem, sibi studium, alijs
verò obsequium) ne ijs quibus natus est, emor-
tus esse videatur.

Ea tamen præstare nequit quia sedulitate de-
bet, quandiu suis premitur motibus, ejusque
animus & affectus suis perturbationibus agitan-
tur, nisi quadam protegatur arte.

Hunc enim natura in lucem edit nudum cor-
pore, nudum animo, nudum mente, nudumque
virtutibus quibus ad beatitudinem dirigatur;

A

PHILOSOPHIA

licet in se earum prima habeat initia & semina
quæ cò minus efflorescunt, quò minus à vepri-
bus & spinis voluptatum expurgantur.

Vnde nos miseri! semel nati penè innumeris
angimur ægritudinibus, foedissimâ rerum om-
nium ignorantie turpiter inquinamur, omni-
que vitiorum genere inficimur, & importunæ
ac temerariae in Deum & naturam prodeunt
quærimoniæ, quòd nisi studio & vigilijs ne-
queant homines suam adipisci beatitatem: &
Dij vendant omnia labore.

Sed velim se suasque mentes intuentur. Men-
tes enim aptæ sunt fieri omnia; & quæ nobis
inest imbecillitas à naturâ, arte tolli potest.

Est autem ars, seu scientia quâ debent
motus nostri cohiberi, vitia expurgari, mens
illustrari, mores componi & vita nostra in om-
ni gradu vitae, priuato, œconomico & ciuili, ad
id quod decorum est & honestum dirigi, Philo-
sophia Moralis.
de

Hac enim, ~~templici~~ nexu ipsi Deo connecti-
mur, cognitione scilicet & affectu. Per hunc si
quidem ad Deum ipsum trahimur: per illam
vero, trahentem contemplamur.

Insuper Philosophia Moralis à moribus dicta
est, quòd morum sit directrix, & moderatrix,
ut Logica est formatrix discursuum.

Per illam enim scire licet quid honestum,
quid turpè; quid justum, quid injustum, &
summatim quid eligendum quidue fugiendum:
quomodo parentibus, quomodo natu gran-
dioribus, quomodo peregrinis, magistratibus,
amicis, vxoribus ac seruis vtendum sit: ut que-

Deum veneremur, parentes honoremus, seniores vereamur, legibus obtēperemus, magistris cedendum sit: quomodo amicos diligere oporteat, in uxores seruare modestiam, charos habere liberos, minimè seruire cum seruis: & quod maximum est, in prosperis fortunæ successibus lætitia non effundi, nec in aduersis casibus tristitia deprimi, nec omnino voluptatibus esse deditos, nec ita per iracundiam affici ut belluarum animos induere videamur.

Sunt autem eius partes, Monastica, Oeconomica, & Politica, cuius species Democratia, Oligarchia, Aristocracia, & Monarchia vulgo traduntur. De ijs autem est sigillatim agendum, ut quæ sit cujusque natura elucescat omnibus, & nobis creditæ intelligenti pateat aditus ad omnem honestatem sectandam. fit igitur.

Q VÆ S T I O P R I M A.

*AN SIT ADMITTENDÆ
Philosophia Moralis.*

MORALI Philosophiæ operam datutum
prius nosse oportet vnde nomen utrumque
descendat, vt habita nominis significatione
ipsi⁹ rei essētia palā innotescat. Dicitur autē Phi-
losophia à nominis ethymologia amor sapientia.

Iatiōri significatu sumitur pro cumulo omnium
scientiarum & artium: 2. pro solis scientijs spe-
culatiuis quarum finis est veritatis rerum inda-
gatio; 3. dicitur rerum diuinarum atque hu-
manarum scientia: at *Moralis Philosophia* a
moribus dicta, nec proprie est talis scientia, nec
rerum veritatis indagatio, nec cumulus scien-
tiarum, & artium, sed *amor sapientiae*.

Verè enim sapiens ille est qui sedatis omni-
bus sui animi perturbationibus in omni vita
gradu, siue in rebus priuatis siue in domesticis,
siue in publicis honestatem sectatur, & assequi-
tur. Vnde, prima nominis Philosophiae imposi-
tio huic scientiae præsertim tribuitur ut potè
præstantissimæ omnium quæ vel ad obsequium
faciunt corporis vel ad animi ornamentum.
Cæteræ namque scientiæ, quæ sunt homini ex-
teriora quærunt, vt *Physica* corpus naturale
eiusque affectiones; *Mathematica* figuræ, *Astro-*
nomia motus syderum, ortus & obitus stella-
rum: *Moralis* vero *Philosophia* quæ sunt nobis
interiora omnino, vt sunt affectus interni, mo-
tus passionum & quæcumque ad mores spectat
studiose perscrutatur. At quæri solet an detur
illa scientia quæ circa mores versetur, eosque
componat.

Negant aliqui, quòd solâ naturâ duce possit
quisvis homo se suosque moderari affectus, li-
beros educare, familiam regere rempublicam
administrare, & in omni genere laudis cum cæ-
teris omnibus societatem inire. Ajunt enim,
homo naturâ suâ scire desiderat, per naturam
verum & bonum optat, naturâ suâ est discipli-

næ capax, est aptus natus beari & Deo similis fieri; quorsum igitur vlla scientia aduentitia quæ naturæ defectus suplere se iactet, cùm natura non deficiat in necessarijs & maximè sit necessarium hominibus vt quisque priuatim suos mores componat, & quæ domesticam rem, aut publicam spectant, communi ritui vivendi adaptet.

Deinde, experimento evidentissimo constat. non eos qui in scientijs peritiores sunt, ideò prudentiores esse, & ad rem publicam aut familiarem moderādam aptiores effici, sed ineptiores. Quinimò sèpius, deprehenditur vt qui solo pollent animo & ingenua facultate cæteris præstent qui cumulatissimam scientiarum farraginem sibi ampliarunt.

At contra, cæteris paribus, qui doctiores, eò aptiores. Pari enim naturâ in omnibus, qui scientijs præstant, regimine antecellunt. Natura siquidem agit, ars verò dirigit, & quæ natura præstat ad esse, scientiæ exhibit ad melius esse.

Dicendum est igitur admittendam esse Philosophiam Moralem quæ tota sit posita in moribus rectè instituendis per exercitia virtutum, comitante natura; juxta legem naturalem, humanam & Diuinam, in triplici genere vitæ humanæ, *Monaftico, Oeconomico & Ciiali*. Ratio dictat, nam præter Physicam quæ de rerum naturalium principijs, aut earum affectionibus agit: Mathematicas disciplinas quæ quantitatem spectant in ordine ad eas quæ illi conueniunt passiones, ut quantitas est, cujusmodi sunt triangulus quadrangulus &c. Astronomiam quæ Cœlorum conuersiones, motus syderum, eorumque acceſ-

sus & recessus speculatur: Metaphysicam, quæ primum *ens* intelligentias, & substantias separatas à materia intuetur: & Logicam quæ tota incumbit in dirigendis mentis operationibus: dari debet alia quæ voluntatis actus componat, & mentem nostram ab ijs inferioribus ad superiora eleuet, vt quæ cōdita est propter summum bonum natura, illi bono adhærescat aliquando.

Fauet authoritas veterum Philosophorum quos nihil magis ad studium literarum impulit quam vt cæteris beatiores essent; & hæc eorum fœlicitas, cùm vel in veritatis contemplatione, vel in actione virtuti consentanea, posita fuerit, vt eorum testantur monumenta, planè sequitur eos admisisse aliquam scientiam, quæ & contemplatione & praxi virtutum perficeretur.

SCRIBIT & Aristoteles lib. 6. Ethy. cap. 8. Moralem Philosophiam eandem rem esse cum prudentia: atqui datur prudentia & à nemine sanæ mentis exploditur ex humana societate cùm ea sola fulciatur omnis politia; ergo admittenda est Philosophia Moralis. Deinde, scientia moralis præ se speciem refert Medicinæ, vt enim hæc curam suscipit corporis: ita illa affectuum, & perturbationibus animi quietem parit: componitque mores, vt alia humores: datur autem ars medendi & præcipit scriptura sacra vt medicos honoremus propter necessitatem; ergo fortiori jure dari debet scientia Moralis, illique tribuendus maior honor, quippe quæ nobilius attingat objectum, & ad præstantiorem finem dirigat quas moderatur operaciones. Sed an sit practica vel speculativa videamus.



QVÆSTIO SECUND A.

*QVID SIT PHILOSOPHIA
Moralis, an scientia practica, vel speculativa.*

VM in omni rerum inquisitione prius sit inuestigandū an sit illa res de qua agitur, deinde quid sit & quotplex sit; postulat res ut eundem & nos ordinem obseruemus, & quanta fieri poterit breuitate & facilitate, quæ sit Philosophiæ Moralis essentia aperiemus.

Vt autem triplex est eius diuisio (inferius afferenda) ita solet triplex illius tradi definitio, his verbis *disciplina de moribus seu Ethyca est species moralis Philosophia que in morum cuiusque priuati hominis compositione versatur. Oeconomica est species moralis Philosophia que ad familiae cohabitatiuumque in ea constitutionem spectat. Ciuilis vero seu Politica est species Philosophie Moralis que de ciuitate degentiumque in ea aqua ac concordi administratione pertrahet.*

Id colligitur ex Aristotele. Libri enim moralium Nicomachorum humanas spectant actiones cuiusuis priuati hominis in ordine ad eius probitatem: libri Oeconomici actiones humanas dirigibles in bonum domesticum: libri vero de Republica actiones humanas quibus bonum publicum exurgit. Vnde, bonum morale

assequendum est huius scientiæ objectum.

Alij, alias afferunt definitiones quæ si perpendantur idem videntur sonare. Dicitur enim *Magistra humanæ vita: recta ratio agibilium: methodus a sequendi felicitatem.*

Omnis siquidem fœlicitas priuatorum hominum, Familiarum, Ciuitatū, Rerum-publicarum & Regnorum vel ex eō maximè consurgit quod ad amissim juxtā leges viuant, virtutes sectentur, à vitijs aborreant, & in omni genere laudis se suaque excerceant negotia, tūm priuata, tūm domestica, cùm publica. Sed quæritur vtrūm hæc scientia sit practica vel speculatiua.

Scientiam diuidunt Philosophi in practicam, speculatiuam, & mixtam quæ practico-speculatiua dicitur. Scientia practica est ea quæ tendit ad opus naturâ suâ, traditque præcepta quibus illud fiat à se: vt Logica quæ præcepta tradit differendi & actu differit: & medicina quæ circa corpus sanabile occupatur, traditque præcepta, quibus illud sanari debeat. Speculatiua verò quæ neque præcepta tradit sui, objecti conficiendi, neque illud vt à se efficiendum respicit, sed illud aliud factum supponit: adeò vt in sola illius contemplatione consistat. Ut Physica quæ in sola corporis naturalis, eiusque affectionum speculazione occupatur. Mixta denique scientia ea dicitur quæ secundum aliquam sui partem præcepta tradit conficiendi sui objecti, secundum verò aliam tota incumbit in mera illius objecti, seu finis contemplatione.

His prælibatis sentiunt aliqui, Philosophiam Moralem purè speculatiuam esse, sumpta deno-

minatione à præcipuo eius obiecto, seu fine ultimo qui est Deus. Summa enim bonitas in qua assequenda totus incumbit homo per præcepta moralia & exercitia virtutum , cum omnino sit indepedens ab omni operatione nostra, nequit ullo modo practicè attingi, sed speculatiuè, quatenus scilicet est finis ultimus noster in quo semel adepto acquiescit noster appetitus, juxta illud satiabor cùm apparuerit gloria tua & istud, inquietum est cor nostrum Domine , donec quiescat in te.

Alij verò pure practicam volunt esse hanc Philosophiam quod tota in componendis moribus per præcepta legum jucumbat , tradatque canones quibus voluntas nostra ad suum bonum ordinetur: quemadmodum Logica practica dicitur quod dirigat mentem nostram ad verum per sua præcepta assequendum. Nec obstatre putant quod Deus sit finis ultimus humanae naturæ , quia scientia non sumunt suam specificationem à fine , sed ab objecto proprio , ut Logica non à scientia, sed à modo sciendi.

Probant autem suam opinionem, hac ratione, hæc scientia sistit in tradendis præceptis quibus motus & affectus animi nostri componamus ad bonum morale , fugiamusque vitia quæ nos ab huiusmodi bono semouent: deinde quia appetitum nostrum practicè mouet ad summam beatitudinem per opera virtutum assequendam; ergo in praxi virtutum consistit, non in sola contemplatione virtutum: ille enim beatus non efficitur qui solùm virtutes contemplatur: sed qui eos in praxim resoluit. *Non auditores verbo sed factores justificabuntur.*

Alij denique practico speculatiuam eam faciunt, quod partim in praxi, partim in contemplatione versetur. Qua parte enim de principiis actuum voluntatis agit, deque virtutibus & vitiis: de passionibus & habitibus animi, & iis demum quæ ad bonos mores spectant, sanè practica dicitur, quia hæc omnia consistunt in praxi; qua verò parte tractat ea quæ in obiecto nostræ fœlicitatis præludent, ut sunt summa illa Dei essentia, attributa diuina, perfectiones relativæ personarum, & cætera decreta æterna, necnon mysteria gloriæ quæ beatis illis mētibus proponuntur, clare & intuituè conspicienda in diuina essentia tanquam in speculo omnis perfectionis simpliciter simplicis, procul dubiò præ speculatiua est, quia hæc omnia non spectantur à Philosophia Morali modo operabili, sed speculabili, quare.

Dicendum est Philosophiam Moralem esse practico-speculatiuam. Hæc cōclusio satis colligitur ex dictis, sed probatur ratione, ea scientia est practico-speculatiua quæ obiectum partim speculatiuo, partim practico modo spectat: hæc scientia est huiusmodi, ut fuit ostensum, ergo practico-speculatiua est.

Major est difficultas an sit ars benè viuendi, vel prudentia humana quâ quisque sua gerit negotia, quantâ fieri potest solertia, sagacitate, circumspectione, prævisione & prouidentia.

Artem esse cēsent aliqui hoc modo Ars benè viuēdi, est nec sibi nec aliis iniuriā inferre, vni cīque quod suum est tribuere, promissis stare, depositum seruare, legibus obtemperare &

alia huiusmodi quæ probum hominem spectat, atqui Moralis Philosophia est huiusmodi, ergo est ars benè viuendi.

At contra, Philosophia Moralis est ars bene viuendi, sumpto nomine artis latè concedo sumpto strictè, nego. Neque enim ullum attingit opus artefactum actiuè vel effectiuè, sed mores componit, vnde artes omnes superat nobilitate subiecti, obiecti, medijs & finis. Artes siquidem vel faciunt ad ornamentum & obsequium corporis, ut sunt Mechanicæ; vel ad ornatum mentis ut sunt Grammatica, Rhethorica, Logica, Arithmeticæ, Musica, Geometria, & Astronomia: sed Moralis Philosophia ad probitatem priuatorum hominum, Familiarum & Ciuitatum conduit.

Quod neque sit prudentia vel ex eo liquet quod è virtutatur tanquam administrâ & ancillâ consiliatrice; et sint quam multi imprudentes qui hanc scientiam poslideant; cum tamen vera prudentia non nisi in probis hominibus reperiatur; nam animi sagacitas morum probitate destituta, calliditas est & astutia magis quam prudentia, vnde Poëta in hæc verba erupit, *qui curios simulant, & bacchanalia viuunt.*

Est igitur prudentia vna quidem ex ancillis Philosophiæ Moralis, sed nō idem habitus cum illa. Pluribus siquidem innititur hæc sciētia virtutibus Iustitiâ, fortitudine, temperantiâ, prudentiâ, Eubulia, Synesi & similibus quæ totum ædificium hominis probi conflant: ut constabit ex dicendis. Verum quia vniuersusque scientiæ natura deponitur ex obiecto postulat res ut ad illud progrediamur. Sit igitur.

Q V Æ S T I O T E R T I A.

DE OBJECTO PHILOSOPHIE
Moralis.

CVM constet ex dictis Philosophiam Mo-
ralem nec esse Artem, neque prudentiam,
sed scientiam practico-speculatiuam sanè debet
cius obiectum esse practico-speculatum. Scri-
bit Diuus Thomas illud esse hominem prout ex
voluntate agit: ita ut homo sit obiectum mate-
riale, ex voluntate agere sit formale. Probat,
nam in proemio librorum ad Nicomachum
ita ait¹, sicut naturalis scientiæ obiectum est ens
mobile: ita scientiæ moralis obiectum est homo
ut operatiuus ex voluntate propter finem. Idip-
sum videtur sentire Auerroes; & hæc satis arri-
det sententia. Cùm enim tota hæc versetur scien-
tia in formandis moribus, & mores sint actiones
humanae ut conformes legibus, & nequeant hæ
actiones elici nisi ab homine, nec ulli conuenire
subiecto nisi homini, sanè debet homo spectari
hic ut obiectū *quod* actiones vero humanæ ut
obiectum, *quo* vnde homo ut operatiuus ex vo-
luntate propter finem & ex cognitione finis est
obiectum adæquatum hujus scientiæ.

Alij non ipsum hominem ut operatiuum ex-
voluntate propter finem, volunt esse obie-

Etum huius scientiæ; sed eius operationes prout ordinabiles inter se ad finem vltimum. Alij neque hominem , vt operatiuum, neque eius operationes ordinabiles ad finem vltimum , sed ipsi summet hominem prout aptum beari suis operationibus ex præscripto rationis elicitis. Alij vero neque hominem prout aptum beari, neque prout operatiuum ad finem; neque eius operationes ad finem ordinabiles, sed eius summum bonum: quod hæc scientia in summo bono inuestigando , & adipiscendo tota occupatur. At hi in quatuor sunt distributi classes. Alij enim pro summo bono intelligunt solam virtutem: alij virtutem distingunt à summo bono: alij summum bonum confundunt cum virtute: alij denique summum bonum cum homine coniungentes , dixerunt hominem prout aptus est frui summo bono , esse adæquatum obiectum huius disciplinæ. Sed nos, in tot tantaque opinionum varietate,

Dicendum putamus, nec virtutem esse summum bonum , sed viam ad illud: nec summum bonum esse obiectum huius scientiæ , sed vltimum finem illius. Prima pars patet , nam siue virtutes sumantur collectiuè , siue distributiue non satiant nostrum appetitum , sed illum ordinant ad maius bonum,nempè ad Deum Fides enim,spes,Charitas,Castitas,Iustitia,prudentia, fortitudo , temperantia , & cæteræ virtutes sunt via ad Deum; & nobis dant aditum ad gloriam.

Secunda pars per se liquet,nam summum bonum est finis vltimus huius scientiæ , vt omnis Scientia est finis Logicæ artis; ergo vt scientia

non est obiectum Logicæ: ita nec summum bonum est obiectum huius scientiæ.

Dicendum est igitur, obiectum Moralis Philosophiæ esse bonum morale prosequendum, & malum illi oppositum fugiendum: voluntatis verò actiones ut ad illud bonum dirigibiles per præcepta moralia, esse viam ad obiectum. Per bonum morale intelligo id omne quod naturæ rationali conuenit ut via ad summum bonum. Hæc autem via sumi potest tripliciter, primo quidem pro ipsis virtutibus quæ iuvant voluntatem ad bene operandum: ut Iustitia ad tribendum unicusque quod suum est: & castitas ad cohibendos affectus carnis: secundo, pro ipsis actibus elicitis à voluntate imbutâ virtutibus: tertio, pro obiecto illorum actuum: ut ius reddendum alicui, & similia. Si primo & secundo modo sumatur est via potentiae ad obiectum: si verò tertio modo, est ipsum obiectum & via ad summum Bonum.

Vnde, ibi sunt plura obseruanda. Primo quidem voluntas quæ naturâ suâ ordinatur ad bonum morale: secundo, virtutes illius auxiliatrices: tertio illud bonum obiectuum: quartò operationes quæ à virtutibus & voluntate procedunt circa illud bonum; quinto, leges naturæ, Dei, & Principum, quibus debent illæ operaciones coæquari.

De iis omnibus est nobis agendum si præmiserimus quæ sit origo & utilitas Philosophiæ Moralis, quæque eius præcipuae partes, ut de singulis postea sigillatim agamus. Sit igitur.

QVÆSTIO QVARTA

DE ORIGINE ET UTILITATE
Philosophie Moralis.

Indubitatum esse censeo apud peritiores quod hæc Philosophia cum reliquis scientiis fuerit primo parēti Adamo in prima sui productione, concessa, infusione. Cum enim fuerit conditus à Deo ut esset caput cæterorum hominum in esse naturæ, & in esse doctrinæ, sanè decuit diuinam bonitatem illum instruere & cumulare omnibus scientiis quibus homo natus est aptus instrui, ut alios erudire posset, & seipsum regere in omni genere honestatis.

Necessæ fuit igitur illi hanc habere scientiam, quæ est morum regula; ut qui conditus erat propter mores, ipsis moribus studeret, & moribus, legi diuinæ adæquatis, summum bonum assequeretur.

Neque enim Deus ipsis Cœlis impulsu quod in girum circumvoluuntur denegauit: nec elementis qua sursum, aut deorsum feruntur, qualitatem: nec mixtis quod mouentur, impetum: aut brutis quod in bonum sibi conueniens excitantur, appetitum: ergo, neque ab hominibus ea retraxit media quibus possit aliquando homo suâ potiri beatitatem.

Hæc igitur Philosophia primitùs infusa fuit primo parenti ut se suosque regeret affectus, eamque suis posteris transmitteret. Sed cùm per peccatum fuisset labefactata, & à suis posteris neglecta, ne dicam penitus extincta, quosdam vegetiores spiritu excitauit deus viros qui eam ab interitu vendicarunt: inter quos Aristoteles primas tenet, & Diuus Tho. qui eam virtutum supernaturalium nitore plurimum illustrauit, vt ea quæ de moribus edidit, testantur monumenta.

Vtilitas eius tanta est vt nihil decori, nihilque honesti possit in humana societate reperiri, quod ab ea tanquam à proprio fonte non emanet. Ex eius enim gremio prodeunt cohortes virtutum: pullulant actus humani: effluunt omnia quæ ad probitatem humanam spectant: & nulla potest familiis, Ciuitatibus, & Regnis contingere foelicitas, nisi illius ope.

Est enim conciliatrix voluntatum; familiarum inter se dissidentium & Ciuitatum ac Regnum sese mutuò insultibus & armis euententum moderatrix; quanta igitur est boni publici, domestici & priuati necessitas, tanta est huius scientiæ, amabilis vtilitas.

Eius autem auditorem idoneum, esse iuuenem negari non potest, cùm pariter ac senex, virtutes sectari debeat, effrænatos animi motus coercere: appetitus compescere, & ex præscripto rationis operationes suas in finem honestum dirigere. Vnde non laudandi qui Iuri ciuili nauant operam, hac spretâ scientiâ. Hi namque in riuulis versantur, neglecto fonte: & nihil mirum si sitim non extinguant, sed acuant.

Sed

Sed quid moror? hæc omnia iuuenilia,
qunimò, verba: solidiori cibo eget animus
ad rem progrediamur.

Q V Æ S T I O

Q V I N T A.

DE DIVISIONE PHILOSOPHIAE
Moralis in suas partes.

Vulgò traduntur tres Philosophiæ Mora-
lis partes Monastica, Oeconomia, & Po-
litica: nec immerito. Cùm enim hæc scientia
agat de bono, & triplex sit bonum, triplex
cura circa illud, & triplices actiones quibus
illud assequimur, sancè sint tres huius scien-
tiæ partes oportet. Vnde Alcinous, in lib. de
doctrina Plat. cap. 4. ait. Philosophiæ quæ in
agendo versatur, prima pars, mores hominis
vnius curat, altera domum gubernat, postre-
ma tuetur rem publicam. Et scribit Aristote-
les se in libris de moribus de bono priuato
agere: in libris œconomicis de bono familiæ,
& in iis de Republica, de bono Ciuali.

Ratio suadet, nam cùm Philosophiæ Mo-
ralis institutum sit, hominem probitate mo-
rum informare, cumque ad fœlicem vitæ
statum perducere: & homo possit triplici

modo spectari; primo quidem absolute & solitariae in se absque ullo respectu ad societatem hominum; secundo, ut pars domesticæ familiæ: tertio, ut membrum totius reipublicæ: sanè debet constitui triplex ordo quo degat homo, & triplex genus regiminis illius.

Nec dicas illud triplex genus in unum resoluti, quod nimurum, politicum domesticum includat & priuatum; ex eo quod ex pluribus personis priuatis fiat una familia, ex pluribus familiis Ciuitas; ex pluribus ciuitatibus Provincia, & ex pluribus Provincijs Regnum aut Imperium; nam idem omnino non sunt vir probus, & ciuis probus: alia siquidem est probitas ciuis, alia unius viri. Hæc enim petitur à bono priuato; illa verò à bono communi. Quare.

Dicendum est, *Monasticam, Oeconomicam & Politicam* esse partes Philosophiae Moralis, realliter inter se diuersas. Quisuis enim homo priuatum sibi Consulit ut Deo placeat, & quæ vieti sunt necessaria paret; deinde, curam gerit familiæ & ciuitatis: ergo est ibi triplex genus vitæ.

Præterea, omne imperium vel est alicuius priuati hominis in se, suosque affectus, & dicitur *Ethicum seu Monasticum*: vel alicuius superioris in suos domesticos, & dicitur *oeconomicum* vel unius aut plurium in ciues & dicitur *Civile, seu Politicum*.

Vel si mauis, prima pars componit mores hominis in se solitariæ spectati, & dicitur

Ethyca: secunda astruit mores hominis, ut
est pars familiæ, cumque ordinat ad bonum
societatis domesticæ, & vocatur œconomica:
tertia verò, mores ejusdem hominis quatenus
est membrum Reipublicæ, in ordine ad bo-
num totius communitatis. Vnde, prima pro-
uidet personæ priuatæ; secunda rei domesti-
cæ, tertia verò vniuersæ ciuitati.

Iterum, diuiduntur duas posteriores, in duas
partes quarum altera in ijs qui præsunt instru-
endis posita est; altera verò in recte forman-
dis & instituendis ijs qui subsunt iucubit. In
œconomia seu familia præest pater familias,
subsunt vxor, liberi & serui, imperio conjuga-
li, paterno & herili, de quibus suo loco: in
Politica verò aut unus, aut pauci aut multi
præsunt: alij verò subsunt, vnde orta est illa
vulgata diuisio Policiæ in Monarchiam, O-
ligarchiam, Aristocratiam, & Democra-
tiam.

Est autem Monarchia dum imperitum vni-
uersum est penes vnicum: Oligarchia, dum est
penes paucos eosque è ditioribus: Aristocra-
tia, quum optimates regunt: Democratia ve-
rò cum totum regimen est penes populum.

Hunc autem ordinem seruant inter se, ut
tempore & naturâ præcesserit Democratia,
tum Oligarchia; deinde, Aristocracia de-
mum Monarchia: ordine verò dignitatis Mo-
narchia præstat cœteris; Aristocracia, antea
Oligarchia: & hæc democratiam; quia eo per-
fector est gubernatio quod propinquior uni-

tati; eò vero imperfectior quò magis accedit ad multiplicitatem: vis enim unita fit fortior seipsâ dispersâ.

Dixi Democratiam præcessisse tempore, quia in prima mundi ætate cum viderent se homines minimè seruos nasci, sed liberos: nec facilè subjici posse imperio alterius: emergentibus tamem dissidijs inter ciues ejusdem opidi, urbis & ciuitatis, ex omnium consensu electi fuerunt quidam in moderatores litium, & jurgiorum conciliatores: æquales tamem non superiores, qui totam Republicam gubernarent.

Successu temporis factum est, ut qui ditiores, eò potentiores & sic regimen sibi arrogarunt.

Sed nimiā eorum voluptate & licentiā, corruptis ciuium moribus, exitauit quosdam vegetiores animo viros Deus, qui diuino quodam instinctu, consensientibus populis, Rempublicam curandam suscepserunt.

Denuò, ut omnia tendunt ad sui perfectiōnem, & solet Deus, ut natura, ab imperfectioribus progredi ad perfectiora, Regna constituit, & quæ dispersa erant in pluribus, in unum Regem coadunauit; vnde Monarchia omnium præstantissima est, ut potè diuino imperio quam similitima.

Sed hæc satis, quæ spectant ad Ethycam seu interioris hominis ecoromiam, videamus.



DISPUTATIO SECUNDA.

DE ETHYCA, PRIMA PARTE
*Moralis Philosophia: seu Oeconomia interioris
hominis.*

ETHYCA hic sumitur pro Oeconomia familiæ interioris hominis, quâ subiicitur appetitus sensitius rationali pars inferior superiori & sensus interni & externi soli obtemperant voluntati ut Reginæ, duce prudentiâ, totius Oeconomia moderatrice. Cum igitur tota versetur Ethyca in compescendis motibus animi, & motibus priuatum hominum cōponendis y sintque hi mores actus nostri interni dirigibiles in bonum (ad quod conditus est homo) per exercititia virtutum, iuxta legem naturalem & diuinam: ordini naturæ & doctrinæ erit conseruaneū, si à principijs intrinsecis & ex trinsecis

corum actuum ordiamur, vt deinde ad illos
actus, & ad leges, illudque bonum ad quod
ordinatur homo, progrediamur, sit igitur.

QVÆSTIO PRIMA.

*DE PRINCIPIIS INTRINSECIS
& extrinsecis interioris hominis eiusque actuum
humanorum, in genere.*

CVm actus humani sint ij qui à deliberata
seu libera voluntate fiunt, in interiori do-
mo conscientiae nostræ, ita corum principia
dicuntur, quæcunque vel voluntatem mouent,
vel iuuant, vel remouent vel aliquo alio mo-
do ad eam se habent, vt tota interioris homi-
nis familia ritè instituatur.
Sunt autem ea principia vel intrinseca vel
extrinseca. Intrinseca iterū vel insita à naturâ,
vt intellectus, voluntas, imaginatio, phanta-
fia, sensus communis & appetitus sensitivus:
vel aduentitia per modum auxilij, vt habitus
virtutum Moralium, qui ideo ipsis potentissi-
concessi sunt ut eas à malo auertant & con-
uertant ad bonum.

Extrinseca vel separata sunt, ut Deus, Angeli, & rerum appetibilium objecta, quæ suo ordine mouent affectus nostros: vel coniuncta ut sensus externi, visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus, qui sensibus internis optuluntur, ut Oeconomia & internis & externis perficiatur bonis. Nihil enim est in intellectu quod prius non fuerit in sensu; nihilque in voluntate quin praextiterit in intellectu.

Ex intrinsecis autem primò occurrit ordine dignitatis, intellectus, qui sua sagacitate objecta lustrat; perquirit, investigat, voluntati proponit, appetitui sensitivo obiicit media imaginatione; fertur appetitus sensitivus solo naturæ impetu, voluntas vero in aequilibrio sicut sit & quid agat, aut non agat prorsus ignorat.

In solio Regina sedet, vult non vult, & quanto nixu in bonum tendit, tanto præmitur pondere carnis, præualet appetitus, labitur voluntas, peccamus. Cur? nunquid liberè se illecebris voluptatum immiscuit? nunquid bonum respuit, amplexata malum?

Dices, sicut nihil simpliciter volitum nisi cognitum: ita nihil libere volitum, nisi liberè cognitum, ergo prius se vitijscoinqnat intellectus quam voluntas; quinimò nihil peccat voluntas, quia cæca, sed peccat intellectus, quia videns. Distinguo, speculatiuè concedo; practice nego. Possum ego mente concipere homicidium, non pecco; statuo voluntate committere homicidium, pecco,

ergo peccatum non est intellectus, sed voluntatis.

Sed, quid moror? Quomodo res se habeat aperiamus. Interioris hominis Oeconomia internis & externis constat sensibus, quibus ipse vtitur ut ministris ad objecta inuestiganda & sibi proponenda.

Quinque externi, visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus, fideles sunt nuncij animae dum bene se habent, infideles si secus, laeditur enim eorum actio si prauo inficiantur humore & objectum aliter quam sit exhibeant intuendum.

Singuli tamen singula habent opera interiori homini necessaria, haec lege, ut non possint extra sua propria objecta diuagari, oculus circa visibilia, auditus circa audibilia, circa odorifera odoratus, circa sapida gustus & tactus circa quatuor primas qualitates occupantur, ut haec omnia in animam transmittant.

Neque enim potest tangi sapor, nec gustari odor, sonus videri, aut audiri color, ied auris suo ambitu, sonum, strepitum, vocem sermonenque omnem, acutum, grauem, obtusum, longum, breuem includit: oculus lumen, colorem, spatia, interualla, magnitudines, dimensiones, formas, & figuratas, florum amoenitatem, stellarum splendorem & alia id genus quae vel lucida sunt vel colorata intuetur & sic de ceteris sensibus qui limites propriæ circumferentiaz non excedunt.

At, ubi semel sua quisque ex officio arri-
puit obiecta, retinet, fouet, & in communem
sensem, in parte anteriori cerebri residentem,
immittit.

Hic totius oeconomiae interioris hominis
quaestor eorum omnium schedulas colligit,
& manu propria imaginationi tradit.

Imaginatio ijs locuplerata speciebus, an si-
miles sint rebus ex quibus extractae sunt atten-
dit, & quodam immaterialiori modo, (præ-
sentibus obiectis) in phantasiā se superiorem
transmittit.

Phantasia à secretis administra, ulterius in-
tuetur an studiose operata fuerit imaginatio,
& tandem sintne hæ rerum species appetituī
sensitivo idoneæ, magna cum sedulitate ad-
uertit.

Sed proh dolor! tanta est vis attractiva in
objeto, tantaque in facultate perturbatio &
imbecillitas ob humorum corporis efferves-
centiam, morum corruptionem, prauitatēm
affectionum, & sensuum lenocinia, ut quasi re-
rum essentias immutet & quod indecorum
est & dishonestum, maximè ventus existi-
met.

Malum igitur sub specie boni appetitui
sensitivo repræsentat, trahitur ipse, amplecti-
tur, absorbetur. *Hinc mihi prima mali labes.*

Qui poterit hæc domus interioris hominis,
à tali erigi casu, à tot tantisque eripi periculis,
& in suum pristinum restitui statum?

Inest pars irascibilis in corde, nititur hæc

pro viribus malum repellere: agit, teagit, emerget, vincit. Sane in illa tota domus inclinata recumbit.

Fractis viribus sensitiuis, & voluptatum illecebris parumper sedatis, exurgit intellectus totius familiæ Oeconomus, & accercitâ ad se vniuersâ virtutum congerie, opem petit, prodeunt illæ & sese vltro exhibent auxiliatrices.

Iustitia, vnicuique quod suum est tribuere pollicetur, promissis stare, depositum seruare: *Temperantia* irritamenta gulæ moderari: *Continentia* petulantiae carnis frœnos iniucere: *Moderitia* gestus oculorum & vultus componere: impetus sensuum internorum compescere, *Prudentia*: mentem ad Deum eleuare, *Fides*: in illum solum fiduciam habere *Spes*, illique soli adhærere, *Charitas*: & tandem si res postulauerit ob vniuersæ interioris hominis familiæ restorationem, ultima subire mortis suplicia, *Fortitudo*. Reluctantur sensus, patitur vim voluntas, attamen superioribus irrorata gratia imbris, madefit anima, ardescit cor, subiiciuntur sensus, illustratur mens, flectitur voluntas, & cum D. Paulo Damascum proficisci, saepius inclamat *Domine quid me vis facere*. Sed haec satis, progrediamur.

QVÆSTIO SECUNDA.

D E I I S D E M P R I N C I P I I S
omnino interioris hominis, in particulari.

QVI nexus humorum corporis, idem
ominino est animi nostri morum. Sese
mutuo fouent aut destruunt humores: sese
inuicem oppugnant, aut propugnant mores.
(E) Calidi cum frigido, humidi cum sicco, quæ
colluctatio est in ipsis Elementis, eadem
prosperus est amoris & odii, moeroris & lætitiae,
audaciae & metus; spei & desperationis, tran-
quilitatis & iræ, in intimo interioris hominis
cœnobio.

E contrà verò quæ colligatio nervorum,
tendonum & cæterarum partiū corporis hu-
mani, par etiam est virtutum moralium inter-
se connexio; neque enim potest vna sine alte-
ra haberi, neque vna deleri, quim altera ex-
pungatur.

Qui iustus est, hic prudens; qui temperans
hic fortis: qui virtute vna est praeditus, alias
habeat necesse est, non enim justus dicitur,
qui in omnibus iustus non est: neque prudens
qui non semper: neque temperans qui semel:
neque fortis qui aliquando tantum.

Habent autem hæ virtutes suum pondus, ex optimâ facultatum interiorum constitutione, quâ læsâ, lœduntur & illæ; quâ verò roboratâ, roborantur & illæ.

Hæc autem constitutio in eo posita est quod aliæ alijs imperent facultates, aliæ alijs obtēperent, reluctentur aliæ alijs: & sese mutuo moueant & moueantur.

Intellectus mouet voluntatem & abea mouetur: excitat phantasia appetitum sensituum, & ab eo excitatur.

Sed vt à parte inferiori interioris hominis ad superiorem illius progrediamur & quæ sit tota hominis interioris structura pateat, sint, in primo ordine (hoc enim petit natura)

PHANTASIA ET APPETITUS sensitivus.

His duobus perficitur pars inferior, quod nobis sit communis cum brutis, & quod bona atingat sensibilia, delectabilia & rationi aduersantia: ex intellectu verò & voluntate pars constituitur superior; quæ nos à rebus sensibilibus & caducis ad perpetuas & purissimas rerum essentias eleuat, & à bono delectabili ad honestum, à vitijs & pitoribus illecebrisque voluptatum, ad virtutes nostrum affectum.

Interim, phantasia ijs locupletata imaginibus quæ hominem non decent, sed brutum appetitui eas obijcit sub speciem bonis ipse

arripit non libertate, sed necessitate: & quodam *mibi* inexplicabili modo, fumum sursum emittit *quō* mens inuoluta obrutescit, & jām jām pedibus calcata concupiscentiæ, quæ domina imperabat, ancillatur.

Diuiditur appetitus, in Concupisibilem & Irascibilem ut suos possit obire actus, est enim in singulis rebus vis insita à naturâ ut non tantum quæ sibi conueniunt prosequantur & quæ aduersantur effugiant: sed etiam *ut* contrarijs obsistant.

Igni siquidem indita est leuitas, ut infima deserens altiora petat: & calor quo oblistat frigiditati: pariter in sensuis est ea virtus quâ vnumquoque animal sibi vietum concupiscat: & altera quâ nocitura retrahat mala.

Vis quâ appetimus bona, est *concupisibilis*: quâ verô aduersantia repellimus, *irascibilis*.

Videt ouis herbam virentem, concupiscit: videt lupum irascitur. Quidquid agat non peccat. Videt homo cibum tempore jejunij sumit & edit, peccat concupiscentiâ. Videt & non edit, sed in illum irascitur, non peccat,

IRACI MINI ET NOLITE peccare.

Videt cibum tempore Ieiunij & non edit auaritiâ peccat: non sumit obedientiâ, meretur. Excandescit irâ in inimicum, illum exceptit è medio tollere, quæ sua sunt extinguere, uxori, liberis ac bonis fortunæ obesse; en

cupiscibilis. At parūm per sedatā irā & re paulo
atius expensā eam videt multis implicatam
difficultatibus, nec facilē posse expleri, nititur,
conatur, vīres exerit, submouet impedimen-
ti & vehementiori impetu rem aggreditur,
en *irascibilis inchoatus.* Ingeminat vires & tan-
dem assēquitur quod vult, ecce *irascibilis con-*
summatus. Estne adhuc peccatum? si intra li-
mites partis inferioris ocludatur, nego. Si li-
mites huiusmodi exeat & partem attingat
superiorem illique annuat voluntas, est pec-
catum: si renuat, non est peccatum.

Hic duplex appetitus ex se cæcūs est, nec
in ullum potest ferri obiectum nisi prævia
cognitione phantasiæ, quæ illum mouet pro-
ponendo obiecta, & vicissim ab illa mouetur
blanditijs quæ nobis magis innotescunt expe-
rientiâ, quam cognitione.

Est autem huiusmodi mutua commotio
despotica seu herilis non Politica, quia non
ex libertate, sed ex necessitate naturæ proce-
dit. Viso enim obiecto delectabili mouet vi-
sus sensum communem hic imaginationem
ferit, commouet hæc phantasiam & demum
hæc appetitum, coexitat: eo ferè modo quo
catenæ annuli sese mutuo mouent & mouen-
tur: vel quo cœli inferiores à superioribus
rapiuntur, & alij alios concutiunt & con-
cutiuntur.

Vis nutritiua eiusque administræ, vt attra-
ctrix, retentrix, expultrix & concoctrix nullo
imperio subsunt appetitui, quia ex sensitiva

non profluunt anima, sed ex vegetativa : vis
verò progressiva imperio subiicitur despoticō
vt potè quæ nequit appetitui renuere.

Est enim imperium despoticum cùm sub-
diti nequeunt resistere imperati, eòquod non
sint sui iuris, sed alieni, vt serui respectu domi-
norū : Politicum verò cùm subditi possunt
imperanti obfistere, vt ciues respectu Magi-
stratuum: non enim sunt naturā serui, sed casu.
Ex ijs ominibus resultat pars inferioris ho-
minis : & dicitur inferior vel quia subiicitur
parti superiori rationis, vel quia nobis cōmu-
nis est cū brutis, quā absolutā, subsequuntur.

INTELLECTVS ET VOLVNTAS.

Ex iis duobus consurgit pars superior inter-
ioris hominis quā à brutis discrepamus, An-
gelis similes efficimur, & Diuinæ naturæ
confortes facti per gratiam, quæ rationi ad-
uersantur reiicimus, quæ consona amplecti-
mū & quæ partē inferiorē decēt, repudiamus.
Multa quidem & perardua vtriusque partis
colluctatio: caro enim concupiscit aduersus spiritum,
& spiritus aduersus carnem sed quæ superior est
situ, validior conflictu euadit: & diuinis no-
bilitata muneribus, virtutumque moralium
locupletata donis, nēdūm affectu sed & cogi-
tatu quæ īma sunt spernit, alta conscendit, &
quæ ibi sibi cumulata sunt bona, toto anhelitu
concupiscit. *Quid enim mihi est in cœlo, & à te*
quid volui super terram.

Intercā intellectus spurias reijcit species &

sensibus emendicatas, ingenuas colligit & sociæ ingerit voluntati suadendo non impellen-
do. vnde, suasu illam mouet, non impulsu,
proponendo illi obiecta.

Nescit enim voluntas cogi, nec impelli, sed
illecta ab obiecto quod libuerit, agit quoad
excercitum actus, non quoad speciem actus.
Proponitur enim illi obiectum malum, libera
est ut eliciat actum, aut ut abstineat ab actu,
em libertas excercitii: vult actum elicere non illi
liberum est ut amet malum quod obiicitur,
sed ut illud odio habeat: nescit enim malum
diligi, nec bonum odio haberet: *em libertas spe-
cificationis*.

Intellectus igitur eam mouet suasu imperio
Politico: hæc vero illum, imperio despoticō
commouet: suppositis primis actibus qui no-
stram effugiunt libertatem.

In omnibus enim quæ ex prævia agimus
consultatione, experimur sanè nos, & fines
nobis proponere & ea quæ conducunt media
eligere, & alia si quæ sint ad finem necessaria
aut adhibere aut retardare cum volumus:
ergo despoticè subditur mens nostra volunta-
ti. Quia nequit intellectus illi imperanti re-
nuere. At voluntas quia libera est, non ancil-
la, pro arbitrio annuit aut renuit.

Cæteris facultatibus sensitiuis, phantasiaz,
scilicet, imaginationi, sensui communi, utri-
que appetitui & sensibus externis, imperio des-
potico præereat absolute voluntas nostra in
statu innocentiaz, ita ut audacter posset dicere

huic vade & vadit illi veni & venit, alteri verò fac
& facit: at corruptâ naturâ & per præuaricationem labefactatâ ita sese à Deo ipso abdicauit & propriæ ascivit se cōcupiscentiæ, ut quæ fui iuris erat, alterius coepesit esse ditionis, saltem secundum quid.

Nec refert quod dicat scriptura, *sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illi.* Näm alibi non quod volo bonū ago, sed quod odi malum. Ex ijs enim colligere est eam à spiritu discessisse, qui à Deo discesserat.

Multa tamen nobis inde contigerunt mala, ignorantia in intellectu, malitia in voluntate, concupiscentia in appetitu concupiscibil, infirmitas in irascibili: ira Dei, mors, morbi, & alia. hæc enim omnia ex auersione voluntatis à Deo & conuersione sui ad creaturas suam originem traxerunt.

Decuit tamen diuinam bonitatem eam reficere quæ perierat naturam: & vt opus perficeret quod inceperat, eas necesse fuit illi infundere virtutes quibus posset interior homo à lapsu erigi, & quibus scatebat inquinamenti absoluī ac in pristium restitui statum perfectionis. Fecerat namque Deus hominem rectum, rectitudine intellectus & voluntatis: quare de ijs virtutibus naturam iuuantibus est agendū.

Q V Æ S T I O T E R T I A.

*DE PRINCIPIIS ADVENTITIIS
interioris hominis; seu de virtutibus qua-
illum expurgant à vitijs.*

CVM principia intrinseca interioris ho-
minis, sint prorsus labefactata, & suis
quæque foetoribus coinquinata; vt intelle-
ctus obliquitate, voluntas malitiâ, phantasia
errore, appetitus concupiscentiâ, & irascibilis
infirmitate: nec possint ab iis inquinamentis
abstergi nisi virtutibus quæ sunt vitiorum
animæ expultrices; summoperè incumben-
dum est in iis virtutib[us] inuestigandis; quibus
semel repertis porrigendæ sunt manus, dan-
da oscula, & summo affectu atque reueren-
tiâ, præuiis amplexibus, hospitium interioris
hominis offerendum atque patefaciendum,
vt illis introeuntibus, dispareant statim quæ
ibi inhabitabant nequitæ, & tenebræ cedant
lumini. Sed, nè cum incognitis virtutibus
societatem incamus, prius nobis innotescant
necesse est.

QUID SIT VIRTUS MORALIS.

HÆc virtus pluribus nobilitatur titulis;
vt potè multis perfectionibus locupletata. Dicitur I. *Appetitus decori & honesti præbens facultatem illud assequendi.* 2. *Habitus quo potest anima se suosque attus perficere, in bonum.* 3. *Similitudo nostri cum Deo.* 4. *Relatio partium irrationalium animæ, cum ea que ratione prædicta est.* 5. *Animi purificatio.* 6. *Vacuitas perturbationum animi ejusque tranquillitas.* 7. *Perfectio animi, ejusque bona constitutio, secundum naturam.* 8. *Mensura omnium à nobis liberè agibilium.* 9. *Sanitas interioris hominis.* 10. *Cœciliatrix virisque appetitus.* 11. *Facultas comparandi ea que nobis bona sunt, eadem que cōseruandi.*

Sed hæ omnes definitiones si ad amissim perpendantur idem omnino videntur sonare.

Quare rectius, vt opinor, dicitur virtus Moralis, habitus electius in ea mediocritate consistens, quæ est ad nos ratione definita.

Dicitur *habitus*, vt distinguatur à potentia naturali, eiusque perturbationibus. Dicitur *electius*, vt distinguatur ab intellectualibus qui non sunt electui, cum non sit intellectus eligere, sed voluntatis: dicitur *consistens* in medio, vt distinguatur à vitiis quæ licet sint habitus Morales electijs peccant tamen per excessum aut per defectum: additur quod illa mediocritas sit definita à ratione quoad nos, quia ibi non est attendenda mediocritas rei, sed rationis iudicantis prudenter quid, quantum, & quomodo fit agendum.

Tria autem sunt h̄ic adudertenda, facultas appetitiva, eius perturbatio, & habitus. Facultas inest nobis à naturā & per illam neque commendamur, nec demeremur. Perturbationes accidunt casu concurrente & solicitante naturā quæ prona 'est ad malum: & sunt via ad vituperium. At habitus à naturā non est, sed assuetudine comparatur, & reddit nos laude aut vituperio dignos. Habitus enim si rectæ rationi fuerit consentaneus adeout per eum animi perturbationes congruenter compontantur dicitur virtus; si contrà, rectæ rationi non congruat: nimium aut parùm ab ea declinet, uitium nuncupatur. Vndè perturbatio non est uitium aut virtus, sed materia circa quam, utriusque.

Si enim iudicet homo prudenter, digitalem quantitatatem panis sibi suficeret tempore iejuniij; nec plus sumat, nec minus, ibi est virtus temperantia: si plus aut minus sumat vitiū est oppositum illi virtuti. Vndè, virtus est in medio posita, iudicante ratione, & prudenter eligente illud medium, reiectis duobus extremitatibus, juxta illud.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos ultrà citrèque nequit consistere rectum.

Est autem officium prudentiæ illud mediū statuere juxta quandam & certam legem. Hæc autem lex est duplex respectu hominis interioris, triplex vero respectu exterioris. Homo exterior est in ordine ad societatem domesticam, aut ciuilem & dicitur animal se-

ciabile: interior virò in ordine ad se, suosque affectus internos & definitur animal sibi ipsi rationale.

Interioris hominis leges sunt *naturalis* & *divina* quibus debent congruere omnes eius affectus: exterioris verò sunt *naturalis*, *divina* & *humana* quæ & *positiva* dicitur, quod a Patre familias, Magistratibus, aut Principibus polita sit ad bonum publicum, & societatem ciuilicem conseruandam.

Non adstruimus huc Oeconomiam hominis exterioris, sed interioris tantum, cuius principia perfectiua dicimus esse virtutes vitorum expultrices, & morum formattices; iuxta directionem legum Dei & naturæ.

Vnde interior homo vel est in statu purgato, vel in statu purgando.

In statu purgato est cum a vitiis est absolutus & ipsi Deo tanquam suo ultimo fini unitus: in statu verò purgando dum adhuc vitiis est labefactus & iuxta hunc duplicem statum interioris hominis datur virtutes purgatrices, ut *Institutio*: *Prudentia*, *Temperantia*, *Fortitudo*, *Chastitas* &c. & unitiæ ultimo fini cuiusmodi sunt *Religio*, *Pietas*, *Sanctitas*, *Charitas*. De quibus est nobis in genere agendum hac quæstione.

Non potest autem virtutis natura intelligi nisi per actum, nec actus nisi per obiectum: *habitus enim specificatur ab actu, actu vero ab obiecto*.

Est autem obiectum proximum virtutum perturbatio facultatis cognosentis & app-

tentis in qua duplice perturbatione compescenda tota occupatur virtus.

Cognitio igitur virtutis dependet ex cognitione perturbationum.

Non est autem perturbatio facultas ipsa appetens aut cognoscens nec eius actus: sed commotio seu concussio facultatis ad actum.

Id explicatur, facultas cognoscitua mouetur ab obiecto: ab hac facultate excitatur appetitus, ab appetitu vero concupiscibili aut irascibili totus homo interior cōcutitur & præexcitatur vel ad obiectum amplectendum vel respuendum. Si amplectatur aut respuat hic actus est vel virtutis vel vitii: virtutis quidem si obiectum sit honestum; vitii vero si sit ab omni honestate alienum: commotio illa facultatis appetentis & cōcussio ipsius hominis interioris sunt perturbationes: motio vero facultatis cognoscituae est origo illarum. Non enim perturbaretur, nec totus commoveretur homo interior, nisi intellectus vel phantasias illius, ab obiectis ipsis præexcitaretur.

Quotuplex igitur est perturbatio, totuplex est virtus: & cum perturbatio contingat intellectui & phantasiæ, non secus ac appetitui & voluntati, ita esse debent virtutes intellectuales & Morales: intellectuales sunt illæ quæ mentem illustrant ut prudentia. Morales vero quæ voluntatem iuvant, ut Iustitia, Temperantia, Fortitudo.

Possunt autem hæ in triplici statu spectari, primo quidem in statu continentiae cum ad-

huc perturbationes animæ sunt vehementes, illis tamè resistimus strenue: Secundo, in statu temperantia, cùm passiones paulò sunt paccatores, & parumper sedatae: Tertio verò in gradu summo & heroico cùm iam ita cōhibitæ sunt & refrēnatæ, vt facile rationi cēdant: & juxta illum triplicem statum perturbationum, homo interior dici solet *incipiens*, *proficiens*, & *perfectus*: incipit enim esse sibi animal rationale, cùm exuens se ex ijs quæ carnem sapiunt, illius titillationibus resistit: & sibi ipsi proficit, dūm illi obſistit: euadit verò omnino in hominem perfectum, dūm sublatis omnibus suis imperfectionibus, & suis perturbationibus prorsū sedatis, sibi ipsi legem imponit, sibi ipsi obtemperat, & se, suosque ad nutum regit affectus ac demum sui redditur iuris.

Præcipuae autem virtutes quibus nobis hæc omnia bona contingunt, quatuor solent vulgo assignari, *Prudentia*, *Justitia*, *Temperantia* & *Fortitudo*.

Prudentia primū obtinet locum quia ut cæterarum Regina ita illis omnibus normā præscribit operandi, & mediocritatem statuit in omnibus: Secundo loco ponitur *Justitia* quia bonum commune omnium facultatum interioris hominis attendit: cæteræ verò bona quædam particuliaria: Tertio loco venit *Temperantia*, quia prius naturâ abstinemus à malo quædam bonum aggrediamur per fortitudinem: & demum accedit *Fortitudo* quæ ille-

nuc̄ nos mouet ad omne bonum prosequendum, & malum fugiendum.

Et haec quidem virtutes ita sunt inter se conexæ ut nulla possit haberi: quin & alia habebatur. Qui verè prudens, hic iustus: qui temperans, hic fortis.

Vnde D. Greg. in 22. Moraliū. *Prudētia vera non est que Iusta, Temperans & Fortis non est: nec perfecta est Temperantia quæ iusta, Prudens & Fortis non est: nec Fortitudo integra, que prudens, temperans & iusta non est: nec vera iustitia, que prudens, Fortis, & Temperans non est.*

Id patet, nam *Institutio nequit vni cuique quod suum est tantum tribuere nisi Prudentia ex recta ratione illud medium statuerit: nisi Temperantia voluntatem ab utroque extremo cohibuerit, & nisi cam ad id quæsi impulerit Fortitudo.*

Ille communis nexus virtutum oritur: Primo, ex communi illarum fine, nempe ex bono honesto, ad quod vnamiter tendunt: secundo ex amore circa illud, & ex communi dependentia illarum inter se, in ordine ad bonum assequendum.

Sunt enim quasi quatuor rotæ quibus innititur totum vehiculum interioris hominis, quarum vna lapsa labuntur & aliæ: & vna prorsus confracta cadunt & aliæ.

Multi enim extiterunt vires fortes, strenueque militum duces, qui victi fuerunt à mulierculis defectu temperantiae: multos agnoscimus viros temperatos, justos, prudentes &

in re bellica peritissimos, qui tamen infirmi-
tudine animi, imbellis & timidi facti, nedum
visâ specie hostis in fugam se receperunt.
Multi sunt qui iustitiam colentes, temperan-
tiam odio habent, & tamen se virtute præ-
ditos iactitant esse: sui ipsius adulatores, vt
inimicitiam ponant inter se & ipsas virtu-
tes sibi id suadent, quod nemo apud nos rep-
piatur in quo aliquid non desideretur, in quo
omne genus virtutum refulgeat, qui ex
omni parte sit beatus, qui dicere valeat, pec-
catum non habeo; ergo non tanta est inter
virtutes necessitudo ut nequeat vna sine alte-
ra haberi.

Deinde, singulæ virtutes habent sibi oppo-
sitæ perturbationes coercendas: possunt au-
tem perturbationes non vniuersi in eodem ho-
mione, si nimis rūm voluntas sit determinata
ad ius reddendum, & non ad voluptatem
repellendam, ergo ibi erit quidem iustitia,
sed non temperantia. At contra, non erit ibi
quidem temperantia ad cohibendam volu-
ptatem, sed erit ad cohibendam iniustitiam:
& pariter in singulis: ubi iustitia, ibi tempe-
rantia cohibens iniustitiam, ibidem fortitudo
corroborans iustitiam: ibique Prudentia sta-
tuens iustitiae quod vnicuique tribuere de-
beat.

Concupiscit caro quæcunque inferiorem
hominem decent ut pabulum & quæ ad victum
& prolem sunt necessaria, justum est ut id illi
tribuatur; Prudentia illud dicernit iuxta regu-

Iam rationis & legis diuinæ: *Institutio* illud exēquitur, reiectis extremis secundum excessū aut defectum, per *Temperantiam*: & concurren-
te fortitudine cæteras virtutes corroborante.

Vnde, quæ vitia in virtutes acie ordinatā occurrunt, ab illis ex pugnantur; & quæ pax summa futura erat in interioris hominis cœnobio, si suam agnouisset dignitatem: summa facta est carnis aduersus spiritum colluctatio, quod se in honore esse non intellexerit homo, & compatus est iumentis insipientibus, & similis factus est ijis.

Præter virtutes Cardinales, quæ tanquam Cardines sunt quibus fulcitur tota domus nostri interioris hominis: indiget homo,

Obedientiâ, Tollerantiâ & Continentiâ, quæ sunt duæ internæ nostræ obedientiæ partes: & *Religione, Pietate, Sanctitate*, quæ sunt tres columniæ quibus innititur totum ædificium supereminens illius hominis interni, & quasi bases & fundamenta ultimæ perfectionis eiusdem, quæ consistit in *Fide, Spe, & Charitate* tanquam in tribus gradibus quibus eleuamur à naturâ ad gratiū, & à gratiâ ad gloriam. De quibus est sigillatim agendum, ut tota domus interioris hominis, eiusque *Œconomia, vniuersis suis numeris absoluatur*, & nobis indè patefiat aditus ad beatitudinem nostram, cuius tantus est splendor & gloria, ut nec oculus videre valeat, nec mens capere sufficiat.

QVÆSTIO QUARTA.

*DE VIRTUTIBVS MORALIBVS
in particulari.*

PRUDENTIA.

PRIMO sese offert Prudentia ut cæterarum directrix, & totius Oeconomiaæ interioris hominis moderatrix. Illa residet intellectu, vbi accessitâ ad se vniuersâ congerie virtutum intellectualium quæ sunt *Sapiensia, Intelligentia, & Scientia*, ab illis opem petit, ut quæ illi ad regimen totius Oeconomiaæ necessaria sunt suppeditent.

Adsum illæ, *Sapientia* nimirū quæ in memoria præteriorum dicitur: *Intelligentia*, quæ notitia præsentium, & *Scientia*, quæ prouidentia fututorum solet apud Morales appellari. Unde de imprudentibus ait Sacra Scriptura. *Genes. absque consilio est, viiim. in saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.*

Attendit igitur *Prudentia* præterita, præsenta & futura: vt illis simul collatis, media necessaria ad finem inquirat, de medijs inuentis iudicet & quæ media sunt iudicata utiliora, adhibeat ad opus. nequit autem id obire exa-

etc., nisi assistricibus ancillis *Eubuliā*, quæ est boni Consilij inuentrix, circa media inuenienda: *Synesi*, quæ est benè iudicatiua de mediis inuentis; & *Gnome* quæ majori cum perspicacitate iudicium fert de medijs eligendis, quam *synesis*.

Vel, *synesis* est optima ratio iudicandi de vtilitate mediorum ad finem, secundū communem morem iudicandi: *Gnome* verò secundū altiora humanæ rationis principia; & quia altiora principia magis accedunt ad Deum, ideo præstantiora.

Indiget etiam Prudentia *Eustachia* quæ bene conjectatiua est de omnibus medijs & *Solertia* quæ facilis est & prompta conjectratio circa inventionem mediorum conducentium ad aliquem finem; & *Docilitate* quæ facit interiorem hominem susceptium disciplinæ à seipso, vel ab experientiâ rerum præteritarum vel præsentium, quæ illi aut accidunt aut acciderunt; quia quæ acciderunt mala possunt accidere: & quæ accidunt possent non contingere, si illis præuisis, ne contingeret amplius prouisum esset & cautū.

Est autem triplex prudentia, *Divina* nimirum, *humana* & *naturalis*. *Divina* iterum duplex, ea scilicet quæ Deus ipse rectis & iustis legibus hunc inferiorem orbem gubernat: & ea quæ intelligentiæ Cœlos mouent: *naturalis* dicitur ea quæ propriè prudentia non est, sed quædam illius umbra, ut dum animalia sibi parant necessaria, retrahunt verò noxia. For-

micæ enim grāna colligunt, apes fauum consciunt, Reges sequntur & similia, quæ speciem habent prudentiæ, ad quam nos hortatur scriptura, *estote prudentes sicut serpentes;* ut abijciamus opera tenebrarum & induamur arma lucis.

Prudentia humana duplex est, ea quæ est quasi in semine, nempe in pueris qui quādāni speciem habent prudentiæ futuræ, & ea quæ formata est in hominibus: & hæc iterūm duplex, nam vel est vitiosa & dicitur astutia, caliditas, prudentia huius seculi: vel est virtuosa, & dicitur vera prudentia, de quā agimus modo, & definitur *recta ratio agibilium directiua morum, præscriptiua medijs quod debent sequi cæteræ virtutes.*

Iustitiæ enim præscribit quid & quantum debeatur vnicuique appetitui: Temperantia quod medium beatum sumere inter excessum & defectum materiæ oblatæ appetiti, ut si tempore iejunij offeratur quantitas nimia cibi, prudentia est præscribere Temperantia, quæ & quanta quantitas nec maior nec minor sit sumenda: Fortitudini etiam præscribit medium quod amplecti beatum, ne fiat timiditas si deficit, aut temeritas si excedat.

Vera prudentia iterūm diuiditur in priuaram quæ vnius est hominis erga seipsum & verè prudentia dicitur, per quam homo earecte disponit quæ ad sui utilitatem & conguētem institutionem pertinent: cui aduersatur imprudētia quæ suinet & suorum bonorum

negligētia dicitur est : vel communis est pluri-
ribus in ordine ad domesticam familiam vel
Rēpublicam: cui aduersatur negligentia
suorum officiorum erga familiam aut Rē-
publicam.

Est autem & hæc duplex , vel enim est Re-
gia , cuius est condere leges ; magistratus con-
stituere , subditis imperare , præmia & poenas
decernere : vel ciuilis quæ tota incumbit in
tractandis rebus publicis alicuius communi-
tatis , sed de iis suo loco , de sola prudētiā , pri-
uata nunc agimus , & dicimus illam constare ,
memoriā preteritorum , intelligentiā presentium , &
prouisione futurorum ; tanquam partibus essen-
tialibus . Eubulā , Synesi , Gnome , & aliis , ut suprà ,
tanquam assistrīcibus Ancillis ; sine quibus ne-
quit subsistere perfecta interioris hominis
prudentia .

Non caret autem hæc , suis vitiis oppositis ;
præcipitatione , inconsideratione , inconstan-
tiā , sui & suorum actuum negligentiā , falsa
prudentia , quæ & carnis prudentia dicitur , ni-
mirū astutia , dolus , fraus & immoderata re-
rum temporalium solicitude . At quia de pru-
dentia interioris hominis quæ priuata dicitur
agimus Pro coronā huius primæ partis vir-
tutū quæri posset , an illi qui neglecto bono
ciuili se totos dicant Diuino cultui mereātur
dici prudentes .

Ratio dubij est , quia cūm officium pruden-
tis sit sibi prouidere vt quietem animi & effe-
ctuum pariat , extra se non rebet diuagari , nec

ea quæ suprà se sunt querere, sed intra limites propriæ naturæ circumscribi.

Adde, quod dicant multi, eos otiosos esse qui nedium cogitatum ciuilē attingunt, ut aliis proficiant; cum & ipsi sint homines, & homo sit & sibi & aliis natus.

Huic obiectioni occurro, si dicam ut virtutum, ita & prudentiæ dati varios gradus; & eminentiori virtuti, eminentiorem respondere prudentiam: cum igitur illorum virtus, qui neglectis iis secularibus Deo ipsi se dicāt animo, corde, & affectu sit, cæteris præstantiores igitur & prudentia quæ illi respondet virtuti. Sed hæc fatis, ad iustitiam progrediamur.

I U S T I T I A.

HÆc virtus dicitur ab Aristotele, s. Moral. Nicō, *habitus quo possumus, volum⁹ & agimus quæ insta sunt: à Iureperitis vero, Conſans & pertua voluntas ius suum cuique tribuendi.* Nō videtur quidem hæc virtus conuenire Interiori homini, cum non habeat cui ius reddat.

Si enim solus sit, cui reddet? sibi ipsi, appetitui rationali, appetitui sensitivo: corpori, animæ, propriis passionibus: dignum est enim ut vnumquodque suis perfruatur bonis, iuxta exigentiam rectæ rationis.

Iustitiae munera sunt declinare à malo & facere bonum: ubi bonum idem est ac alteri debitum: malum vero idem quod alteri non sum.

Iustitia igitur interioris hominis est , nec iniuriā inferre appetitui sensituo , aut rationali : nec illis plus indulgere quā par sit; sed vnicuique elargiri quod iustum est , vt recte interioris hominis Oeconomia instituatur.

Sed vt clarius eluceat hæc quæ ad priuatum hominem spectat Iustitia , scias velim triplicem esse iustitiam. Ciuitatem , Domesticam & priuatam. Domestica est quæ sua , quisque ex familia reddit vnicuique , vt Maritus vxori , Pater filiis , herus seruis , & è contra : Ciuilis , quâ subditis & magistratibus mutuo ius redditur proportione Mathematica aut Geometrica: priuata verò quâ quisque suis satisfacit affectibus iuxta rectam regulam rationis. Et de hac sola agimus modo.

Interim , vt facilior detur aditus ad Domesticam & Ciuitatem. Hæc dividitur in distributiuam & commutatiuam : prima est posita in distribuendis honoribus , pecuniis præmiis , & pœnis inter eos qui in Ciuali societate versantur , & partes sunt totius communitatis : secunda verò in rerum aut actionum commutationibus pactis & aliis huiusmodi contrahendis. Iustitia commutatiua quæ tota in emptionibus , venditionibus aut similibus posita est , varia est , pro varietate commutationum: debet tamen inniti libertate contrahentium ut sit commutatio vera , alioquin si absque vlla spe compensationis liberæ fieret , pura liberalitas esset , non iustitia.

Proportio autem Arithmetica nec merita

tura

tum aut demeritum attendit personarum, sed solam rem quæ reddi debet y*i* commutationis, itaut id quod redditur sit æquale secundum proportionem Arithmeticam ei quod est acceptum; vndè hæc proportio attendit æqualitatem meriti rerum non personarum.

Proportio verò Geometrica quæ propriæ est Iustitiae distributivæ meritum aut demeritum personarum spectat, itaut vnicuique tribuatur iuxta proprium meritum aut demeritum. Sed hæc ad iustitiam spectant Ciuilem.

Suo modo posset id Inferiori homini accommodari. Potest appetitus sensitius ita flecti sub imperio voluntatis ut ad nutum illi obtemperet reiçiat mala sensibilia, & rationis sequatur ductum, illi debetur honos: & aliquando renuere & illi vim inferre, quinimò voluptatum illecebris ita allici ut fumum in partē superiorē immittat, & illā quasi obnubilet, & trahat ad vitium, sanè tunc dignus qui puniatur, ieconiis, abstinentiis &c. quisque suos patitur manes; prudens tamen dominabitur astris.

Residet autem Iustitia in voluntate tanquam in proprio tribunali ex quo edicta pronuntiat. Id patet ex eius definitione quæ est, constans ac perpetua voluntas ius suum unicuique tribuendi. vel, habitus quo possumus, volumus et agimus. Nec obstat quod aliae virtutes videantur eandem obtinere definitionem. Fortitudo enim dici potest constans voluntas agendi fortia: Temperantia constans voluntas coer-

cendi excessus appetitus nostri : Prudentia verò, constans voluntas præscribendi ea quæ agibilia sunt : nam id dicitur impropriè de iis: propriè verò de Iustitia quæ cùm sit aliis annexa, in illas suum splendorem trasmittit.

Vitium oppositum huic virtuti dicitur iniustitia, quæ dum spernit jus commune iustitiae domesticæ, aut Ciuitati opponitur, dum vero jus privatum, iustitiae particulari. Vnde qui sibi necessaria retrahit, sibi iniustus est: qui vero tribuit, justus.

Obiectum iustitiae dicitur *jus, iustum, vel aequale*. Hæc enim idem sonant, *jus à jure*, seu quod ex jure debetur, *iustum* dicitur quod ex iustitia fit, & *aequale*, quod medium est inter extrema vitiosa. Iustitiae natura magis clucescit ex iis quæ de legibus erunt dicenda.

TEMPERANTIA.

Ut vocabulum sonat, hæc virtus in moderandis affectibus occupatur. Sed præsertim enitet in illis attemperandis qui sunt circa gustum & tactum. Vnde eius obiectum est moderatus cibus, moderatus potus, moderata voluptas & similia quæ spectant ad individui & speciei conseruationem, voluptates enim corporis modificat & moderatur.

Maxime igitur utilis est hæc virtus Intericri homini, cum præsertim ab iis voluptatibus impugnetur, & inficiatur, quæ carnem sapient, eo enim vehementiores sunt quò na-

turæ conjunctiores: sed quò sordidiores, co-diligentiori studio sunt compescendæ, re-frænandæ & eradicandæ.

Huius virtutis sociæ sunt *Castitas*, *Virginitas*, *Ancillæ pudicitia*, *Modestia*, *Verecundia*, circa vo-luptates. *Abstinentia* & *Sobrietas*, circa cibum & potum. admissiæ *Continentia* quâ resistimus effrænatis libidinibus, *Clementia* quâ superiores erga subditos facilimè placcantur; *Humilitas*, quâ æquales inter se facilimè conciliantur; *Modestia* quâ nihil plus æquo, dicitur, desideratur, agitur.

Ad hanc virtutem reuocantur moderatio gestus corporis, ornatus vestium: & medioritatis in iocis, ludis & similibus.

Sed hæc de Temperantia, quisque sibi studeat illam inquirere, inuentam diligere, & in omnibus suis voluptatibus hac vti vdmoderatrice, vt duce, vt Magistra. Hæc sanè est quæ hominem facit iustum, pium, sanctum Deo & hominibus dilectum, Angelis charū. Sed nequit suos obire actus nisi fortitudine adiutrice, *spiritus enim promptus est, caro autem infirma*, quare fortitudini manus potrigamus

Si turpia refugimus per Temperantiam honesta sunt nobis aggredienda per Fortitudinem. Neque enim à malo declinamus, nisi alicuius boni gratiâ, & quanto odio sunt prosequenda turpia, tanto sunt amore consequenda decora-

Ad decūs trahimur omnes; si vitiis te dedecis non honor est hīc. Agedūm, esto fortis, si fortis, eris & temperans, eris & prudens, & justus, quid amplius? eris semideus.

Fortitudo autem dicitur vel firmitas animi quæ in omni actione virtutum reperitur, & tunc confunditur cum cæteris virtutibus: vel pro speciali quadam firmitudine quā pollet animus in suscipiendis laboribus, aggredieñdis periculis, & potissimum mortis. Agreditur quis bellum pro tuenda patria, aut bono publico, aut fide: fortiter dimicat, interit, meretur. *Estate fortes in bello & pugnate cum antiquo serpente hīc honor, hīc gloria, hīc meritū.*

Sunt autem duo actus fortitudinis, sustinere, & aggredi: sed hic innobilior illō. Fortitudo posita est inter audaciam & timorem, hunc reprimit sustinendo, illam moderatur aggrediendo. Se nobis offert periculum in fide aut aliqua virtute tuenda, timemus: exuēdus est timor, aggrediēdum est opus; vincendum, aut moriendum: *Præiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.*

Scribit Aristoteles 2. Ethy. cap. 7. Fortitudinem esse mediocritatem inter metum & audaciam, ex qua si recedat fit timiditas & temeritas: metus quidem timiditas, temeritas verò audacia. Vnde, metus est appetitus concupiscibilis, audacia irascibilis, & si plus aquo nitatur homo repellere malum ubi periculum imminet est temeritas: si minus quam par sit conetur malum repellere, timiditas; in utro-

que deficit interior homo. Medium tenuere beati esto igitur fortis, nec timeas, neque nimium confidas.

Hæ quatuor virtutes Cardines sunt quidē totius ædificii Interioris hominis, sed magis refulget, eius structura ex nitore & splendo-re Fidei, Spei, Charitatis, Pietatis, Sanctitatis internæ & Religionis. Fide erigitur mens ad Deum, Spe corroborat̄ homo, Charitate Deo vnitur, Pietate illum colimus Sanctitate illi placemus: Religione nos cum Deo deuincimus ac religamus. Sed hæc nostrum excedunt institutum. Ad principia extrinsecā interioris hominis accedamus.

Q V Æ S T I O Q V I N T A.

*DE PRINCIPIIS EXTRINSECIS
Interioris hominis.*

PRincipia extrinsecā & causæ extrinsecæ alii-
cuius rei sunt omnino idem. Materia autē
& forma in omnibus sunt causæ intrinsecæ;
efficiens verò & finalis causæ extrinsecæ.

Interioris hominis causa materialis est vtra-
que facultas, cognoscitiua & appetitiua, sive

superior sit, siue inferior, siue rationalis, siue sensitiua, causa vero formalis sola libertas agendi, seu solum liberum arbitrium, & ex iis intrinsecè constituitur interior homo: causæ extrinsecæ sunt ipse Deus ut causa efficiens hominis & illius sola causa finalis.

Neque enim ab alio est conditus homo quam à solo Deo, neque ob aliud finem quam propter Deum; & ita, Deus est principium extrinsecum hominis: a quo procedit, & ad quem tendit tanquam ad ultimum suū finem.

Sed, quia nullus finis potest obtineri, nisi per media; statuit Deus illa media quæ congruerent homini dare, ut iis adhibitis, finem suum assequeretur.

Hæc media sunt bonum prosequi, & fugere malum. Iuxta illud declina a malo & fas bonum. Vides igitur, ô homo quid agendum, quidue fugiendum, hoc cape, hoc perpende animo, caue tibi, tua res agitur, de tua periclitaris salute, nî totum te Deo dederis, qui totum quod habes à Deo acceperisti.

Regula quædam est tibi necessaria, ut quid sit bonum, quid ve malum, intelligas.

Regula quâ indiges, est lex naturalis, diuina, & Ecclesiastica. Quibus ita debent coæquari tui cogitatus & affectus, ut neque deficiant, neque excedant.

Lex naturalis dignoscitur ex iure; est autem ius duplex naturale & Gentium. Iuristæ vocant ius naturale quod est homini commune cum

brutis, ut cura de proprio alimonio; coniunctio maris & fæminæ: liberorum procreatio, eorumque educatio: ius Gentium vocant quod solis hominibus conuenit, ut Religio erga Deum, obsequium erga parentes, patriam, & propinquos, ac hospitalitas erga alienigenos & similia quæ humanam societatem decent.

Ius naturale sumitur, à Theologis, pro instinctu naturali quo nouit homo quid sibi & aliis debeatur, vnde, quod tibi fieri non uis, alteri ne feceris. Ius vero Gentium, quod ex consensu populorum illis omnibus aut ferè omnibus cōmune est.

Potest autem homo spectari, pto interiori homine vel pro exteriori. Interior homo est ipsem in se absolute spectatus, & quasi solitariè, in suas cōscientiæ cōstitutus Cœnobio: vel quatenus degit in ciuili societate, vel in aliqua familia: si primo modo, ius naturale illi conuenit, secundo modo, ius Gentium.

Non agimus hic nisi de homine interiori.

Lex igitur naturalis est illius synosura, illius norma, illius regula, ad cuius amissim debet omnes suos conformare affectus.

Sed lex naturalis tribus sumitur modis, Primò ut regula practica æternæ veritatis ad quam seruandam obligamur 2. ut est actus Diuinæ mentis quo Deus iudicat tales regulam à nobis seruandam esse: 3. ut est actus humanæ mentis quo nos naturali instinctu iudicamus, candom regulam à nobis seruati.

oportere. Sed de hac lege sequenti disp.

Interim tria sunt extrinseca interioris hominis Principia, Deus ut causa efficiens & finalis ; malum fugere & bonum prosequi, ut media ad tales finem : & lex naturalis & diuina, ut regula operationum quæ a nobis elici debent, erga Deum per auxilia virtutum,

Deus dicitur causa efficiens interioris hominis quia & illum condidit, & illi dedit facultates operandi & virtutes illi indidit quibus possit melius operari: nihil enim habet homo interior in se, quod non pendeat a Deo, in esse, conseruari, operari.

Vnde, exploditur Durandi sententia quæ asseritur Deum dedisse essentiam & existentiam & vires operandi creaturæ: sed nullo pacto cum illa concurrere in suis actibus elicendis.

Sumus enim in manu Dei, ut calamus in manu, argilla in digitis figuli nihil possumus ex nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Ille tamen concursus Dei nihil laedit voluntatem nostram, eius libertatem non minuit, nec ullam illi infert iniuriam: liberè enim cōcurrerit cum causis liberis, necessariò cum necessariis, & contingenter cum contingentibus: Deus præmouet voluntatem nostram sufficienter, cōcurrerit cum illa efficaciter. Non se habet antecedenter, sed consequenter. Libera est, nequit cogi, nequit impelli, non nouit violari eius libertas. Si peccas, liberè peccas. Perditio tua ex te Israel, sed eamus.

Deus est causa efficiens interioris hominis
quia illi dat esse & posse operari: Angeli illū
mouent ad operandum vel excitando voluntatē
per aliquam qualitatem impræssam, vel
illuminando intellectum quadam luce im-
præssā, vel phantasiam aut imaginationē im-
mutando, hoc sensu, vt scilicet Angeli exci-
tent humores qui resident in cerebro ex qua
cōmotione oritur varia ac multiplex rerum
sensibilium repræsentatio: vndē varii affectus
in voluntate & appetitu sensituo suboruntur.

Possunt & Angeli sensus exteriores immu-
tare per varias species spurias, rerum simula-
cra falsa, imagines fictas, quibus in sensum
communem introductis, immutatur imagi-
natio, & trahitur appetitus ad fictū sub specie
veri, ad malum sub specie boni.

Mira possent hīc adduci quæ præstigiis solēt
fieri, sed naturam sequimur ducem, hanc
amplectimur, spernimus illa, vt potè homini
interiori noxia.

Possunt & rerum obiecta mouere affectus
nostros, intellectum excitare, voluntatem
allicere, appetitum absorbere.

Visā enim imagine decorā, fertur oculus,
mouetur sensus, concutitur imaginatio, ex-
citatur intellectus, vult voluntas.

Viso obiecto sordido, abborret oculus ab
illo, languescit sensus, reluctatur phantasia,
renuit voluntas, vim patitur appetitus.

Vndē, omnis affectus interioris hominis

vel amore vel odio perficitur , prosequutio-
ne vel fuga completur , & sic obiecta bona
vel mala sunt prima Principia quæ totum in-
teriorum hominem commouent , & in suis
actibus obeundis omnino perturbant .

Deus igitur cum sit primum bonum &
maximum bonum , primò mouet & maxi-
mè mouet illum ut finis illius ultimus : cæ-
tera verò bona creata , ut dinitiæ , honores ,
Dignitates , Magistratus , Voluptates , cibus
potus ; & alia obiecta externa , sunt media
quibus illum finem assequitur homo interior
aut ab illo remouetur .

Verum , quia horum obiectorum malitia
aut bonitas desumitur ex conformitate aut
disformitate sui cum lege æterna , aut natura-
li : actusque humani speciem perunt ab illis
obiectis , eaque obiecta ingerunt perturba-
tiones ipsis facultatibus internis , totique in-
teriori homini : postulat res ut de iis per-
turbationibus , actibusque humanis , nec non
de legibus ipsis agamus . Quare fit





DISPVTATIO TERTIA.

*DE PERTURBATIONIBVS
Interioris hominis, eiusque actibus humanis: &
legibus quibus debent hi actus perfici, &
perturbationes sedari.*



O M O interior suis costas principiis intrinsecis & extrinsecis multum abiis commouetur & perturbatur, exterius & interius concutitur, vnde equaque expugnatur. Multa patitur in corpore, multa in anima, plura in mente, plura in voluntate, quamplurima in appetitu irascibili, & penè innumera in concupisibili, multum ille & terris, iactatur & alto. videt se conditum à Deo, propter ipsum Deum, auxiliis abundat quibus illum assequatur; abutitur iis, perit.

Quæ bona sunt illi concessa ad bonum,

immutata sunt in perniciem: quæ virtutes ut
erigeretur, in vitia sunt translata, quibus de-
primitur: & quæ facultates, ut se supra se-
iis eleuaret, ad inia illum detrahunt.

Intellectus quô verum assequi deberet, ad
falsum conuertitur; voluntas quæ nata erat
ad bonum, declinata est in malum: appeti-
tus à ratione recessit, quæ à Deo se abdica-
uerat.

Heu; heu; miser homo: à te ipso discessi-
sti, cùm a Deo recessisti.

Qualis interius, talis exterius es, & qui
decora cernere nati erant oculi, turpia vi-
dent: quæ aures honestum, indecorum: &
qui sensus legi æternæ consona, abscona per-
cipiunt, ô miseri! quibus abundamus malis.

Concurrerat ordinatâ acie, vniuersa virtu-
tum congeries ad hominem Interioremvt illi
opem ferret: *Prudentia*, vt illi consuleret:
Justitia vt jurgia inter vtrumque appetitum:
sedaret: vt illecebras extingueret, *Tempe-
rantia*: & *Fortitudo* vt funditus eucerteret
quos ibi intruserat affectus libido. His spretis,
lapsus est homo, recesserunt virtutes, *semini-
no relicto*, spoliauerunt eum vitia: & ipse cum
Dauid peccatore exclamat, contribulata sunt
ostamea, & anima mea turbata est valde. Sed Quæ-
nam sit hæc perturbatio, videamus.

QVÆSTIO PRIMA

*DÉ PERTVRBATIONIBVS ANIMI
Interioris hominis.*

Interior homo tunc perturbari dicitur cum
Iutraquæ illius pars, *Ratio*, & *appetitus sensitivus*, sese mutuo commouent & commouentur.

In excitandis autem illorum perturbationibus, Primò occurrit obiectum quod sese nobis offert, illud phantasia capit, appetuique repræsentat sensitu: excitatur hic ad illius amplexum si sit conueniens, ad illius cdium, si disconueniens.

In illo interuallo alterantur spiritus, incalescit sanguis, obnubilatur mens, voluntas anxia languescit, & totus commouetur homo: en perturbatio. Non facultas, non ætus, aut obiectum: sed anxietas facultatis ad actum, urgente obiecto.

Vt autem duæ sunt hominis partes, *superior* & *inferior*; *ratione compos* & *sensitiva*, ita duæ insunt in Interiori homine perturbationes, altera in intellectu & voluntate tanquam in parte superiori; altera in phantasia & appetitu sensitivo concupiscibili & irascibili, tanquam in parte inferiori.

Vtriusque causa & origo amor est vel odium: vtriusque vero obiectum, vel bonum, vel malum. Hoc nescit diligi, nec illud odio haberi.

Apprehendit phantasia bonum carni conueniens, spiritui disconueniens: & appetiti sensatio, ut est representat; fertur hic, reluctatur voluntas, *ecce commotio; em perturbatio.* Commouetur voluntas, perturbatur appetitus, sed vincit iste, vincitur, illa *ecce peccatum.*

Præiuit perturbatio intellectus, & si haec non præcessisset, non errasset voluntas.

Putarunt Stoici perturbationes non nasci ex obiecto sed ex opinione mali aut boni quod deprehēditur esse in obiecto. Vnde agitudo mētis essent opinio recens, boni prælentis: metus, opinio imminētis mali intollerabilis; libido, opinio venturi boni. Sed contra, nam opinio & iudicium sunt actus intellectus, nullus actus est perturbatio: intellectus quidem apprehendit obiectum, illud approbat, aut reprobatur: & ante approbationem aut reprobationem hærere potest ac perturbari, at perturbatio, actus non est, sed anxietas ad actum.

Opinio & iudicium sunt conditio sine qua non perturbaretur appetitus ab obiecto, at non sunt perturbationes.

Suis igitur agitatur mens perturbationibus cum nimirum socia imaginatione aliter res apprehendit quam sint, & dubitat an recte

apprehenderit: vchementioribus est obnoxia voluntas motibus, ad gloriam, ad honorem, ad diuitias: non paucioribus imaginatio, penè innumeris appetitus sensitius: iis omnibus interior homo: quinimò ipsi Deo & separatis mentibus per analogiam dicimus conuenire perturbationes, vt dum dicimus. Deum irasci, pœnitere, misereri, sed hæc secundum nostrum modum concipiendi tantum.

Ex iis autem potest hæc colligi perturbationis definitio perturbatio est motio utriusque facultatis cognoscens & appetens ab obiecto apprehensa ut bono aut malo, pro fruenda, & vitanda molestia. Cùm enim omnis perturbatio oriatur ex amore aut ex odio vt ab efficiente, a bono vel à malo oriatur vt à mouente necesse est. Sed quia passiones humanæ iis sunt annæta perturbationibus, de illis est agendum.

QVÆSTIO SECUNDA.

D E P A S S I O N I B V S Q U I B V S
obnoxius est Interior homo.

Interiorum hominem multis iam cōfectum ferumnis, varieque suis iactatum perturbationibus, denuò aggrediuntur passiones.

Hæ sunt illarum aſſeclæ, & quod illæ cœperant opus, perficiunt istæ. Binæ procedunt, *amor & odium: desiderium & fuga: gaudium & tristitia: spes & desperatio: metus & audacia* ut facilius propugnacula virtutum euertant & interiorem hominē infectentur (vis enim vnta fit maior) Ira verò sequitur vt cæterarum stimulūs, aut ut Centurio totius cohortis.

Hic numerus passionum colligitur ex affectu duplicitis appetitus *amor enim & odium: desiderium & fuga: gaudium & tristitia*, sunt affectus *Concupiscibilis: spes verò & desperatio, metus & audacia: irascibilis*.

Passiones enim quædam, bonum respiciunt ut bonum: nempè *amor, desiderium & gaudium* quædam verò malum ut malum, nempè *odium, fuga, & tristitia*.

Oblatâ enim re bonâ excitatur amor in appetitu concupiscibili, si res illa absens fuerit consurgit desiderium: si præsens gaudium, aut delectatio: similiter oblatâ re malâ, oritur primò in appetitu concupiscibili odium, si illa res fuerit absens, oritur fuga: si verò præsens, tristitia.

Si è contrà, oblata fuerit res bona ardua facilis acquisitu exurgit spes: si difficilis acquisitu aut impossibilis exurgit desperatio: similiter bonum arduum vel nondūmadest, vel adeſt; si absit oritur timor, aut audacia: timor quidem, si illud refugiamus: audacia si illud aggrediamur: si verò præsens sit, exurgit statim Ira quo animus ardescit ut malum.

lum repellat & assequuntur bonum, hæc vtilior homini interiori.

Hæ passiones æquo gradu ac composito ordine procedunt ut cernitur, quare de illis est sigillatim agendum.

A M O R E T O D I V M .

Amor dictus est à Platone *Magnus demon* quod sit fons origo, & principiū cæterarum passionum quæ sunt quasi interni hominum dæmones. Amor in genere est inclinatio facultatis in bonum: eius species sunt *Amicitia, Dilectio, Charitas*. Amicitia est amor quo solemus amicum proscipi: simplex dilectio, Amor est quo alios prosequimur cum rationis delectu: Charitas vero non est cuiuslibet rei bona Amor, sed eius quam magni facimus.

Diuiditur iterum Amor, in amorem concupiscentiæ & Amorem amicitiæ: hic est quod bonum ipsum alteri volumus: ille vero quod nobis appetimus bonum.

Iterum diuidi solet in amorem proprium quod nos ipsos amamus & ut plurimum à recto declinat: & in atnorem complacentiæ quod sibi ipsi vel bono adepto complacet noster appetitus. Porro, amor aliis est abundantia, seu benevolentia, quod volumus alteri bonum, licet nullum inde speremus commodum: & amor indigentia quo bonum alteri volumus, nostræ priuatae utilitatis causâ.

Causæ amoris sunt *bonum, pulchrum, similitudo, animorum & morum sympathia.* Bonum quidem, quia vnumquod que appetit sibi bonum, & solum bonum est amabile; pulchrum vero quia est delectabile; similitudo sumitur hic pro reciproca inclinatione vnius in alterum. vnde simile simili gaudet: sympathia humorū & morum causa est amoris, quia videtur esse origo talis inclinationis vnius ad alterum.

Vnde Plato sibi persuasit Amorem esse quandam appetitionem quam vnuquisque alteri vult bonum, propter assimilationem vtriusque, estque illa assimilatio oculta quedam temperies qualitatum ex qua oritur ut quod mihi videtur pulchrum, tibi videatur turpe, vel saltem, ex eo quod in eo sit aliquid latens mihi gratum, quod miro quodam modo, sese mihi exhibet, non tibi, vnde meus alliciatur affectus, non tuus.

Proprietates amoris sunt vnire facultatem appetitiuam cum suo obiecto & obiectum cum facultate: vnde dicitur, quod anima magis est vbi amat quam vbi animat: quia conuertitur cum obiecto amato.

Hinc D. Aug. si terram amas terra es, si Deum amas, quidvis ut dicam, Deus es.

Secunda proprietas est, ut obiectum perpetuo voluatur ob oculos mentis amantis: vnde de Chrysostom. tantus est amor ut non praesentes tantum; sed etiam absentes quos diligimus singulis momentis cernere videamur, magna namque vis dilectionis, omnia negligit ut dilecto animam colligat:

*si uia Christum diligere mus, omnia humana, umbra:
omnia imago, omnia fumus, nobis viderentur.*

Etsanè tanta est amantium adhæsio, vt sese
mutuo sitiant: mutuo sese cupiant, mutuo
sese rapiant, & rapiantur. Vtinam & nos à
Deo raperemur, & caperemur: trahit ille, se-
quamur & nos; amat, amemus. Diligo dili-
gentes me, ait ipse, diligamus & illum, vt di-
ligamur ab illo.

Tertia proprietas est extasis seu raptus ani-
mæ extrà se, aut saltem alienatio extra se,
aut à se.

Contingit autem extaxis cùm anima omnes
suas vires in se intus colligēs, toto postea nixu
fertur in obiectum amatum, illique ita adhæ-
rescit vt extra corpus proprium sentiat se esse:
& soli obiecto amato inesse.

Quarta proprietas amoris est naturalis quæ-
dam infirmitas quæ ex eo nascitur, quod cùm
amans sit totus in obiecto & quasi extrà se,
non curat satis alimenti sumere ad naturæ
vires reficiendas, hinc pallor, languor anxi-
etas animi, & aliæ infirmitates quas vt fugias
audi-vatem.

Principiis obſta ſero Medicina paratur

Cum mala per longuas conuoluere moras:

Vltima proprietas est Zelus cùm nitit ut is
qui amat omnia repellere, quæ perfectam rei
amatae possessionem impedire possunt. Hæc
melius sentiuntur, quam possint verbis expri-
mi. Id cape, si sapi. Interim ait scriptura
Zelus Domus tua comedit me. Ut ostenderet Re-

gius psaltes se omnia pro viribus repulisse
quæ ecclesiæ Dei aduersabantur. Et 3. Reg.
c ip. 19. Zelo Zelatus sum pro Domino ex-
ercitum. Ut ostenderet Heliam cuncta bo-
na fecisse ut mandata Dei obseruarentur.

Quod spectat ad *Odium* hæc Passio cùm A-
mori contraria sit, rite potest dignosci ex iis
quæ dicta sunt de amore, est enim quædam
displacentia circa malum cognitum ut ma-
lum.

Dividitur in odium inimicitiae, & odium abo-
minationis, hoc est quô malum prosequimur
ut illud destruamus: illud verò quô in alio
simpliciter renuimus.

Verum, quia ex amore sequitur desiderium:
ex odio verò fuga: ea namque fugimus quæ
nō nobis aduersantur: & ea cupimus quæ placent,
ab amore, ad desiderium, & ex odio ad fu-
gam progrediamur.

D E S I D E R I V M E T F V G A .

Hæc passio ut est affectio voluntatis dicitur
desiderium, ut verò est appetitus sensi-
tui, dicitur concupiscentia. Utroque modo
sumptum oritur ex amore, & tendit ad dele-
ctionem.

Hæc tria, Amor, desiderium, & delecta-
tio seu gaudium idem quidem habent obie-
ctum, nempè *bonum*, sed diuerso modo illud
spectant. Ut est simpliciter bonum volunta-
tem trahit, & trahitur ipsa *Amercm*: ut est

absens allicit nos & desideramus illud adipisci, ecce desiderium: vt verò est præsens eoque fruimur, ita appetitum afficit ut deleatur, ecce delectationem.

Appetitu sensituo ea concupiscimus bona quæ nobis communia sunt cum brutis, vt somnum, quietem, cibum, potum, tegumentum, & similia; appetitu vero rationali, ea quæ hominem decent desideramus, vt virtutem, honestatem, scientias, gratiam, gloriam, dùm intra rationis limites versamur, dùm vero illos limites transgredimur, honores, diuitias, dignitates & alia cum excessu.

Vt ex amore nascitur desiderium: ita quo maior est amor, eo maius est desiderium. Mndè, Christus Dominus ad apostolos desiderio desiderauit hoc Pascha manducare vobissem; vt ostenderet se summo erga eos teneri amore, summoque virgini desiderio cum illis Pascha ultimum celebrare. Et Psaltes Regius quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Vt ostenderet se Deum ipsum suprà omnia diligere.

Est igitur amor causa desiderii, bonum verò obiectum vtriusque. Bonum amamus, bonumque desideramus: malum odio habemus: malumque fugimus. Virtus bona est: vitiumque malum, in medio positus sum, quid eligere velim, possum: hinc meritum, inde demeritum, hinc poena, inde suppli-
cium, quid agam?

Non audent peccare boni virtutis amore;

Non audent peccare mali formidine pæne.

Heu, heu; Interior homo tibi consule si sapis. Libidinem habes te ad ima detrahentem: rationem ad superiora retrahentem. Quid ages? Præstat ratio libidine: spiritus, carne: anima, corpore; quæ superiora sunt, inferioribus: hæc belluam decent; non bellua es, sed homo. *Quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapientie, non quæ super terram.* & D. August. Serò te amavi bonitas tam antiqua; serò te desideravi bonitas summa.

Desiderium hic sumitur pro prosecutio-
ne boni: fuga pro auersione à malo, & con-
uersione ad bonum: amor vero pro via ad
utramque. Nescimus odio habere malum,
nisi gratiâ boni: nec bonum amplecti, nisi
amore boni. Liberi sumus: quidquid agas, pru-
denter agas, & respice finem.

Fuga igitur est auersio à malo. Unde scri-
ptura, *fuge peccatum tanquam à facie volnici.* Si
peccatum sit fugiendum, ergo gratia quæ-
renda. Nequeunt esse simul in eadem anima;
nec lumen cum tenebris, nec Christus cum
Bellial.

Sua habet quæ fugiat mala appetitus sensi-
tiuus: sua vero, quæ rationalis. Huius mala
sunt bona alterius: quæ huius bona, mala
alterius. Tempore jejunii expedit appetitus
sensitiuus carnes ut sibi bonum: eas respuit

ratio, vt sibi malum. Opera Iustitiæ, Prudentiæ, Temperantiæ, & Fortitudinis optat spiritus vt sibi bona: eadem refugit caro, vt sibi mala. Sibi hæc conciliet interior homo.

Et si mittamus quæ ad animum spectant, vt carnem aggrediamur, quid caro nisi putredo; simile simili gaudet, putrida diligit, sapida fugit. Quò calidius est temperamen-tum è feruentius, quò feruentius è ardentius desiderat. Tibi caue, est enim in te pars superior, quæ ne subiiciatur alteri est aduertendum. cui vestigal, vestigal: cui tributum, tributum. Quod carnis, carni da: quod spiritus, spiritui: sed id totum dictante ratione, duce Prudentia, Cosiliatrice Iustitiæ, Moderaterice, Temperantiæ, & impultrice Fortitudine.

Hæc quatuor, propugnacula sunt Interioris hominis, vt vitia expellat, aculeos pa-sionum retundat, perturbationes sedat, suam rectè ac pacifice instituat. Oeconomiam. Amet igitur homo, desideret & fugiat ex fuga mali, oritur prosequitio boni: ex boni adeptione, foelicitas: hæc verò ultima est per-fectio rationalis naturæ.

Sed quia fuga mali & prosequitio boni, secum deferunt gaudium, lætitiam, delecta-tionem aut voluptatem: fuga verò boni, & prosequitio mali, tristitiam, dolorem & moerorem; sequitur vt de gaudio & tristitia agamus.

GAUDIVM ET TRISTITIA.

Vt ex amore & odio, nascitur desiderium aut fuga obiecti; ita ex desiderio & fuga obiecti nascitur vel gaudium, vel tristitia circa obiectum.

Si enim se nobis offerat, obiectum bona pulchrum & honestum aut delectabile, fertur amor, exurgit desiderium & tandem sequitur adeptio; hanc sequitur gaudium: si vero obiectum fuerit noxiū, fertur odium sequitur fuga, & si nequeat hoc diuerti malum, statim nascitur tristitia.

Ex malo igitur praesenti oritur tristitia: ex bono vero praesenti, gaudium. Vnde, qui praesenti bono fruitur, gaudet: & quod maius est bonum eò maius est illius gaudium: quod vero maius est malum praesens eò vehementior est tristitia. Damnatorum malum, omnium maximum est, ergo & maxima eorum tristitia: beatorum è contra bonum, omnium maximum est, ergo & eorum gaudium, omnibus praestat.

Vnde, Deus, ad beatum ait ostendam tibi omnia bonum, si autem in Deo est omne bonum, extra Deum nihil est bonum; & si extra Deum nihil est bonum, nihil extra Deum potest diligi: ubi autem nulla est dilectio, ibi nullus amor, ubi nullus amor, ibi nullum gaudium; ubi nullum gaudium, ibi omnis tristitia; extra Deum igitur est omnis tristitia: & conse-

quenter in Dco, omne gaudium. *Euge serue
bone intera in gaudium Domini tui: in Deo omnis
delectatio, in Deo delectabitur anima mea: in Deo
fons voluptatis, de torrente voluptatis tua perasib
es.*

Vt autem duplex est in nobis appetitus, ra-
tionalis & sensitivus: carnis, & spiritus: ita &
Duplex gaudium: unum spiritus, aliud car-
nis: rationale unum, rationi absonum aliud.
*Quod bonum rationi congruit ut virtus, mo-
destia, honestas & similia; gaudium nobis
ingenerit honestum & spirituale, quod quædani
gaudii æterni participatio est: quod verò bo-
num rationi dissonum est, & parti concupis-
centi addictum, hoc nobis gaudium parit
indecorum, brutis coquimine, & homine
interiori nostro ad beatitudinem proficiscièn-
te omnino indignum. Ab hoc nos remouet
Apostolus, ut nobis aliud ingeat, diūm ait:
*fratres gaudete in Domino semper, iterum dico gaudere
modestia vestra nota sit omnibus hominibus.**

Gaudium appetitus sensitivus semper fit cum
aliqua immutatione corporis: aliud verò si-
ne immutatione sed sola motione voluntatis:
illud est sensibile: istud intelligibile, & quant-
ità superat excellentiā anima corpus, tantà
superat hoc, illud, deliciæ corporis namquæ
deliciis animæ, comparata: sumus sunt &
humus.

Primus effectus lætitiae est cordis & visce-
rum dilatatio ex qua sequitur sanguinis ad
externas corporis partes diffusio.

Secundus, est sanitas corporis si sit moderata: aegitudo si sit profusa. Scimus enim quosdam ob nimiam lætitiam, è vitâ discessisse: aliquos verò sibi sanitatem restituuisse.

Tertius est risus qui ex intima cordis lætitia se foras prodit.

Hi autem effectus gaudii intra limites temperantiae remaneant necesse est, ut Interior homo in se bene compositus censeatur esse.

Lætitiae opponitur tristitia, quae ex apprehensione mali præsentis oritur. Vbi nota, dolor & tristitiam in eo distingui, quod dolor spectet appetitum sensituum: tristitia vero intellectum. Videt quis lupum, dolet, & anxia est: videt homo malum sibi imminere, tristatur ratione intellectus.

Soleat autem tristitia dici angor, langor, anxietas animi, moeror, molestia, melancholia: commiseratio, intridia, accedia.

His omnibus laborat homo, iis premitur, iis cōturbatur: iisque omnibus potest mederi Fortitudine, repellendo obiecta tristitiae. Temperantia, modificando excessus eorum: Iustitia, tribuendo vtrique facultati quod suum est, & nihil aliud; prudentia vero nec plus indulgendo quam par sit, nec ylli appetitui violentiam inferendo.

Sunt autem angor, langor, anxietas animi, moeror & molestia, omnino idem: hoc est, tristitia animi, ingenere: commiseratio vero est tristitia ex alieno malo: unde scriptura ait; commiseratione motus flevit super illam & alibi. Tristitia

*vestra vertetur in gaudium & alibi beati misericordes
quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

Inuidia huic opponitur virtuti, & dicitur dolor animi ex bono alieno contractus, quatenus illud alienum bonum nos priuat bono proprio, aut illud minuit, aut saltem illi obest; anxietas est animi quedam oppræssio ex impendente malo, vnde potius est perturbatio facultatis, quam passio: accedia verò est aliquis torpor seu pigritia animi ad bonum. Hæc omnia dirigenda sunt Prudentiâ, Temperantiâ, & Fortitudine.

S P E S E T D E S P E R A T I O.

Spes versatur circa bonum difficile acquisitum. Desperatio verò circa bonum impossibile acquisitu, vnde utraque est quidem passio appetitus irascibilis entensis in bonum, sed spes attendit bonum possibile, desperatio bonum impossibile.

Appetit aliquis Magistratum, officium, aut beneficium, videtque se illud posse quibusdam mediis adipisci, sperat: videt se non posse illud adipisci [defectu mediorum] desperat.

Multis afficimur desideriis, hic diuitias, ille honores ambit: hic aliis præesse nulli subesse: ille verò quantacunque sunt quæ hominem decent omnibus suis numeris absolutu peroptat: cernit se posse illud assequi, sperat: cernit se non posse, desperat.

Magna petit, qui hæc ardua petit, si prudens

Iustus, Temperans & Fortis vis haberi : *quam memento rebus in arduis seruare mentem.*

Ardua sunt *spes & desperationis* obiecta ; qui iis afficitur, iis angitur, iis cruciatur : spero futurum fore ut mihi accident bona animi, ut virtutes, scientiae, & similia, gaudeo : non video posse mihi illa contingere & tamen ambo, crucior.

Spero futurum fore ut mihi adueniant bona fortunæ, adhibeo media necessaria, studium, diligentiam, vigilias, labores, amicos, lator : video me frustra laborare, crucior ~~anxi~~ sacra fames &c.

Est autem duplex spes & duplex desperatio propter duplex earum obiectum. Homo enim in duplice potest spectari statu : in statu nempe naturæ potest appetere bona huius vitæ, ardua & difficultia ; ut hostes debellare, inimicis obesse, famam sibi acquirere, & quæ vires suas videntur superare ; cernit tamen ea posse obire sperat : videt rem tantis implicatam difficultatibus, ut nequeant vinci desperat : *en spes & desperatione* in statu naturæ cernit se conditum propter gloriam, nec posse hanc acquiri nisi per gratiam, hac potitur, non utitur tamen, sed abutitur : desperat ; *desperatione* in statu gratiæ, abit hæc, cadit ille. Videt autem se præditum gratiæ trahitur ad bonum, amplectitur & assequitur illud in spe, sperat, & vivit : *en spei*, hæc patriæ est, illa viæ.

Spes igitur est quædam species desiderii :

desperatio verò fugæ: nec differunt nisi penes facilitatem aut difficultatem obiecti.

Si enim sit bonum apprehensum ut facile acquisitu, fit desiderium in appetitu concupisibili: Si verò sit bonum apprehensum ut arduum & difficile acquisitu, exurgit spes in appetitu irascibili: pariter, si obiectum apprehendatur ut disconueniens oritur fuga: si verò ut impossibile, desperatio.

Hoc autem interest inter desperationem & fugam quod hæc versetur tantum circa malum: quia bonum non potest odio haberi; illa verò tūm circa malum non vincendum cùm circa bonum impossibile acquisitu, ex quibus oriuntur metus & audacia.

METVS ET AVDACIA.

Metus idem est ac timor. Est autem timor passio animi circa malum futurum arduum aut difficile cui resisti possit: Audacia verò passio qua nititur homo interior illud assequi bonum quod est arduum quia sibi maximè vtile.

Vnde timor est imbecillitas animi roboraanda fortitudine: audacia vero vigor, in periculis, comprimentus temperantiâ.

Timor refugit nocumentum ne ab illo superetur homo interior: audacia vero agreditur periculum ut ipsum superet, & faucat homini interiori.

Nascitur ergo audacia ex spe, timor vero

ex desperatione: sed maxim^o aculeus audacia
in aggrediendis periculis, est iracundia: fomes,
pulmo sanguinolentus, cor feruens & exiguum.

Multum faciunt ad audaciam, iuuentus, exiguia mali impendētis estimatio, temperamentum calidum, affluentia in omnibus, & infrequens periculorum experientia: vnde qui omnibus affluunt bonis, audaciōres sunt, indigētibus: quia facilimē arbitrantur se posse omnia superare, quæ illis obesse posunt.

Multa nobis occurunt mala, iis resistendum & obſistendum, exuendus est timor, induendus & augendus animus, & fortitudine corroboranda audacia; si secus, nec prudens, nec iustus, nec fortis, nec temperans, sed inermis & timidus, cūm tamen *audaces fortuna juvet timidosque repellat.*

Audaceſ quidem in re huius viæ, audaciōres in re patriæ, audaciſſimos in re gloriæ: præstat gloria gratiā: gratia, naturā: sed ad iram prouocemur.

I R A.

Passionum omnium vehementissima est amor: manifestissima verò, Ira.

Amor circa bonum, vt appetibile versatur; Ira verò circa malum præſens, quatenus cum aliqua difficultate eſt repellendum.

Amor tamen eſt prima origo Iræ, quia amor tendit ad bonū; ſi nequeat illud adipiſ-

ci propter difficultatem, excandescit Ira, exur-
git mens, & tandem assequitur amor quod
vult, mediante ira.

Vnde Ira inseruit amori, inseruit desiderio
& aliis passionibus animi, quae nequeunt suos
obire actus, nisi virgente Ira.

Est enim Ira tanquam stimulus aliarum
passionum.

Nequit esse dolor de iniuriâ illatâ, neque
spes illam injuriam vlciscendi: neque deside-
rium sumendi vindictam, nisi virgente Irâ.

Irasci nequit qui timidus est, qui suis irre-
titus illecebris, numquam ex iis exoluitur:
Irasci nouit qui suis cupiditatibus captus, ab
iis non eripitur. Est enim Ira ad bonū: & Ira
ad malum: Ira ad repellendam iniuriam: &
Ira ad repellenda odia.

Omnium siquidē formarum, est capax Ira.

Seu versare dolos, seu certe occumbere morti.

Tria facit Aristoteles 4. Ethy. 5. genera eo-
rum qui Irascuntur. Primi generis sunt Ira-
cundi seu admodum proni ad iram etiam
leuissimâ de causâ, qui tamen facillimè pla-
cantur: & hæc ira vocatur fel, seu initium ira-
cundiæ: Secundi generis sunt ii qui non fa-
cile excandescunt, ægrè tamen placantur
cum excanduerint, & hæc ira vocatur furor
qui ægrè placatur nisi sumptâ vindictâ de in-
juriâ illatâ: Tertii generis sunt seueri, asperi,
& inhumani qui & citò & vehementer iraf-
cuntur, nec quiescunt nisi sumptâ actu inju-
riâ: & hæc Ira dicitur mania.

Causa Itæ sunt iniuria , detraction , contumelia , contemptus & similia quæ vix potest pati homo quin irascatur , sed quisque suis Dominabitur passionibus si velit , est enim Dominus suæ voluntatis . Sub te erit appetitus tuus & allibi , anima mea in manibus meis semper .

Actiones sunt suppôsitoruni , ergo non vult mea voluntas , sed ego : non peccat illa , sed ego : non irascitur illa , sed ego : non digna quæ puniatur illa , sed ego ,

QVÆSTIO TERTIA.

*AN PASSIONES INTEGRIORIS
hominis sint omnino eradicande; vel per virtutes
compescenda ianum.*

Magna quippe fuit hæc inter Stoicos & Petipateticos diceptatio , an sint ex animis nostris penitus eradicandæ passiones , an tantum virtutibus compescendæ .

Stoici ut nimium seueri affirmabant esse euellendas , negabant Peripatetici , & quidem melius .

Stoicorum ratio homine digna videtur quod ille sit sui Iuris Dominus suorum actuum & nulli

& nulli sint in nobis a naturâ affectus, seu perturbationes, sed omnes ortum ducere a peruersione ac depravatione iudicii: & cum omnis obliquitas iudicii sit omnino diluenda ita debere passiones omnes funditus euelli.

Peripatetici verò ut Stoicam perturbationum euulsionem, fatuam, naturæ aduersam, virtuti dissonam, & homini violentam esse ostenderent, iis vtebantur verbis. Deus & natura nihil moliuntur frustrà, ergo frustra non est homini insita facultas appetendi, irascendi, & similia quæ sunt principia passionum. Frustrà non sunt datæ virtutes quibus affectus nostros Moderemur: nec frustrâ obiecta quæ in nobis perturbationes exitent: si igitur sint passiones erradicandæ ita & earum obiecta & earum principia; & earum virtutes: ita nec erit in nobis intellectus quo intelligamus, voluntas quâ velimus appetitus quo concupiscamus, irascibilis qua irascimur: virtutes quibus has facultates dirigamus. Vrgent illi damnandum, euellendum & eliminandum, id quô homo fit non homo; fit autem non homo dum suis agitur motibus, distrahitur animus, peruertitur ratio, turbatur iudicium impeditur præelectio; & horum causæ sunt passiones, ergo passiones sunt eliminandæ, & penitus ex animis nostris erradicandæ.

Peripatetici occurrunt, sunt passiones compescendæ virtutibus, concedimus, sunt prorsus erradicandæ negamus. Neque enim solent boni agricultæ omnes infœcundas arbores

præscindere ut in ignem mittant: sed infœcundis
fœcundas inferere: vt inde vberiores
suboriatur fructus. Non solent medici totum
teperamentum dissoluere, sed ad pristinum restituere
statum, vt possit connalescere animal;
non solet Deus peccatorem statim deperdere;
sed reducit ad gratiam: neque etiam debet Philosophus
Moralis affectus nostros
euellere, sed modifcare.

Insurgunt Stoici hoc modo, mollis & ener-
uata est Peripateticorum ratio, quod afferat
animos nostros necessariò agitari passionib-
us, nec debere has euelli, sed mitigari: ne-
quit enim vitio adhiberi modus, sed vitium
omne extingui debet. Passio omnis vitium est
(animi) ergo, debet omnis passio extingui. hæc illi.

Seneca lib. de Ira ad Nouatum, nullum est
animal tam horrendum, vt non appareat in illo no-
ue feritatis accessio, si ira invaserit.

Et aduersus Peripateticos, quid mitius homine, ait,
si omni careat perturbatione animi, quid vero crudel-
itas? Quid amans homine, quid ira infestans?
homo in auditorium mutuum generatus est; ira in ex-
tremum. Ille congregare vult, illa discedere: hic prodeſſe:
illa nocere: hic etiam ignoris succurrere, illa etiam
charifimos petore: ille vel aliorum incommodis, impen-
dere s̄, paratus est; Ira in periculum, dummodo se-
cum deducat alium, parata descendere.

Fundamentum Stoicorum in eo positum
erat vt affererent, partem Inferiorem homi-
nis Interioris à superiori non differre nisi ra-
tione, hoc est, partem rationalem à sensu.

tiua; proindeque hominem esse brutum quotiescumque à verò discedit, & à bono declinat, ut perturbationibus implicetur.

Et sane, cum homo natura suâ sit rationis compos, & nequeat natura sua intueri, semper ratione vtatur necesse est: nequit autem yti ratione dum suis perturbatur passionibus; hæc enim mentem obnubilant, voluntatem absorbent, phantasiam inuolunt & sensus omnes, ac appetitum sensituum sibi asciscunt, ergo, illæ erradicanda sunt passiones, vel homo amplius non erit homo.

Hæc Stoicorum doctrina mihi quidem plurimum placet, sed seuerior est, in eo quod velint ipsis affectus nostros erradicari debere omnino, non modificari.

Alias fuit homo in statu innocentia, modo est in statu corruptæ naturæ. Tunc potuisse suis non premi motibus; modo non potest, nisi gratia.

Et quæro ab illis nū sint eliminadæ virtutes?

Ira tamen quæ vehementissima est passionum, fortitudinis socia est, quatenus vires auget, nosque reddit promptiores ad agendum:

Furor etiam arma ministrat, repellitque timorem.

Commiseratio passio est, & tamen opem fert miseris: timor etiam utilis est ad vitanda pericula quæ nostras superant vires.

Audacia ad superandas difficultates quæ occurunt in virtutibus excercendis.

Amor & odiū quæ vt retulimus supra, capita

sunt passionum, adeò ciuili vitæ necessaria sunt, adeòque interiori homini accōmodata, vt sine illis, nec rectè viuere possit, nec honestè ac foeliciter suū adipisci finem vltiūm.

Rectius Plato dūm ait virum etiam prudētem aliquando irasci dummodo eius affectus sit dulcior melle iugiter distillante, & in Phedro, vbi ait, extrema perturbationum esse damnanda, media verò commendanda. Atque hinc voluptatem & dolorem scribit esse duos fontes ex quibus qui haurit quando quantacunque oportet fœlis est: & in Phædro iterūm, passiones nostras ait esse currum vitæ humanae.

Adde Aristotelem qui multis in locis eadem asseruit, & ipsas perturbationes in certum numerum rededit, & eas cateruatim disposuit, vt binæ procedant amor & odium, desiderium & fuga; gaudium & tristitia; spes & desperatio: timor & audacia: ac demum vt totius cohortis Centurio, *Ira.*

Sacra etiam scriptura hæc nobis præcipit, vt Amemus, odio habeamus, desideremus, fugiamus &c.

Sed nè cum Philosophis verūm etiam cum Theologis agamus; lex est posita vt nostrōs moderemur affectus: nec venit Christus Dominus vt legem tolleret, sed vt adimpleret: ergo non debent radicitus tolli affectus nostri sed legi diuinæ conformari.

Vltimò, affectus nostri ex se sunt indifferentes ad bonum vel ad malum; ergo, tolli

non debent, sed malum exuere & induere bonum.

Aiunt Stoici, virum sapientem nec nimium deprimi aduersis casibus: nec multum prosperis fortunae successibus erigi. At quid est nec erigi, nec deprimi, quam seruare mediocritatem: & hanc adhibere, quid aliud est quam suos compescere affectus.

Sophisticis igitur videntur Stoici effugiis, non refugiis: verba mutant, non sententiam; homines deludunt potius quam instruant; & cum revera nihil dicant, videri volunt mirabilia enunciare. Peripateticos igitur sequuntur; compescende sunt passiones, non autem funditus eradicanda.

At, quia haec passionum mediocritas oritur a virtutibus & libero voluntatis nostrae arbitrio: iuxta leges. Et sunt illae passiones actus humani liberi juxta leges dirigendi: postulat res, ut de libero arbitrio, actibusque humanis, & legibus agamus, & quidem primo de libero arbitrio, ut deinde progrediamur.

QVÆSTIO

QVARTA.

D E L I B E R O A R B I T R I O
*Interioris hominis in usu virtutum, circâ suas
 passiones compescendas.*

MULTIS quidem ærumnis premitur Interior homo; multis perturbationibus agitatur, & passionibus penè innumeris obnoxius est: sed iis omnibus mederi potest libertate, quia iis non subiicitur, necessitate.

Scio quidem illum ligari legibus: anticipi turbati obiecto, necnon subiici Deo: & variis passionibus cruciari: at, iis omnibus libertate suâ satisfacit, si velit.

Nihil quippe horum cogit eum, nihil auffert ex illius manibus facultatem præligendi id quod maluerit.

At, vera electio est, cum imam, superioribus inferuiunt; corpus animæ: anima, rationis ratio, Deo: idque totum sponte & liberè, non inuitè aut violenter.

Nulla enim est actio digna laude, aut yituperio: poenâ aut præmio; quæ spontanea non sit, ac libera.

At quaeritur, vtrum Interior homo in com-

pescendis suis perturbationibus & passionibus
mitigandis , virtute : liber sit , aut coactus.

Aliqui hominem spoliant libertate , quod
putent omnia euenire quia Deus praeuiderit
ea esse euentura: ita ut praeuisio Dei sit causa
retum: alii , homini tribuunt libertatem , quod
illius actus videantur à Deo , eo quod sint libe-
rè euenturi.

Hos sequimur , nequit enim cogi voluntas
neque impelli: nō nonit violari eius libertas , &
licet diuinæ voluntati subiiciatur , non est illa
seruitus ad dedecus , sed ad decus : seruire enim
Deo regnare est . Et ubi semel suos moderatus est homo af-
fectus per virtutes , iuxta leges diuinæ , hic
princeps est suorum affectuum , & sui ipsius
rector.

Vnde , fortior est qui sibi ipsi quam qui alijs
dominatur , non sibi .

Ægregiam verò laudem retulit Alexander
quod alios , non se sibi subiecerit ,

Abeant igitur aniles Philosophorum veterum sententiæ , libertatem hominj adimenter
sileant Astronomj qui omnia vi syderum
& influentiarum euenire adstruebant: vt fa-
tui recedant qui fato , & serie quadam immutabilj cuncta quæ fiunt , fieri autem
procul à nobis medici qui cum vestro Galeno
afferitis nostrj animi mores , vt corporis hu-
mores , à natura ipsa esse: nequit enim homo
suis dominarj humoribus , vt moribus : à suâ
lege recedant , Iuristæ qui hominem ita deuin-

ciunt legibus, morum & perturbationū vt ab illis absoluj nequeat: est enim liber homo à natura & quod natura dedit tollere nemo potest.

At, vbi residet liberum arbitrium, hoc in lite est. Alij dicunt esse in intellectu; alij in voluntate; & extant rationes pro vtraque parte. Qui asserunt esse in intellectu, ita ajunt, ea facultas est libera cuius est opposita media eligere, & imperare: id autē congruit intellectui, non voluntati, ergo liberum arbitrium residet in intellectu non in voluntate.

At contra, nām intellectus licet videat opposita vt bonum & malum, non elegit, nec præcipit; sed proponit: voluntas verò alterum quod vult capit: alterum quod displicet, respuit.

Est igitur liberum arbitrium in voluntate humana vt in proprio domicilio.

Hæc sola pro arbitrio operatur; & quia actus qui à liberâ procedunt voluntate nostrâ dicuntur humani, & totus incubit homo interior in illis eliciendis, vt suam, ijs medijs beatitudinem assequatur: est enim beatitudo, optima quæ potest illius esse operatio, nempe contemplatio summi entis: postulat res, vt de actibus humanis liberè elicitis ab homine, modo agamus.

Q V Æ S T I O Q V I N T A.

*D E A C T I B V S H U M A N I S,
eorumque malitia, ac honestate.*

CVM actus humani sint hi qui à liberâ procedunt voluntate, hinc fit ut debeant esse liberj & voluntarij: voluntarij quidem quia fiunt à voluntaté, liberi verò quia liberè non necessariò, ab illa fiunt.

Nulla est operatio hominis in hac vita quæ non sit voluntaria & libera: in alia verò vita, voluntaria, non libera: beati enim Deum amant, non liberè, quia nequeunt ab illo actu abstinere; voluntariè tamen quia non coacte.

Omnis autem actio libera & voluntaria supponit notitiā obiecti: quia nequit ferri voluntas in incognitum: Notitia verò objecti opponitur, illius ignorantiae, & ignorantia, notitiæ.

Est autem duplex ignorantia: vna sumitur pro sola priuatione notitiæ: altera, pro errore circa objectum.

Prima subdiuiditur in ignorantiam iuris, & facti: hæc attendit rem, illa legem.

Aliquis ignorat tempore jciunij legem pro-

hibere carnes, ibi est ignorantia iuris: quis verò ignorat an carnes sumperit; ibi est ignorantia facti.

Subdiuiditur vtraque in ignorantiam vincibilem, & in inuincibilem: hæc est quando non est in potestate alicuius id scire quod ignorat, defectu exponentis, vel defectu necessariæ diligentiaæ adhibēdæ, vt hoc ab illo sciatur: illa vero, quæ potest vinci adhibitæ diligentia, & expositore præcedente.

Iterum diuiditur ignorantia in antecedentem, concomitantem & consequentem. Antecedens est quæ præcedit cōsensum voluntatis & inculpabilis est, si inuincibilis sit: vt si quis occidat hominē putans esse feram: concomitans est quæ comittatur actionem, itaut pon sit quidem illius actionis causa, sed etiā si absuisset, actio tamen fuisse subsequuta: vt si quis existimans se interficere feram, occideret inimicum suum, quem etiam interfecisset licet nulla esset talis ignorantia. Consequens ignorantia ea dicitur quæ consensum sequitur voluntatis, vt si quis quodam die Ieiunij non abstineat a carnibus, quia noluit scire illo die esse jejunandum.

Ex iis patet quid sit voluntarium & liberū, vt sunt affectiones actuum humanorum.

Sunt autem actus humani vel prosequutio boni; vel fuga mali, vnde qui peccata, qui bene operatur liberè & voluntariè operatur.

Prosequutio boni includit amorem, desiderium & gaudium: fuga verò odium, timorem & tristitiam.

Desiderium versatur circa bonū absens, gaudium circa præsens, amor verò circa vtrumque; bonum enim amamus siue sit præsens, siue sit absens, quia est amabile: at non desideramus illud adipisci nisi quia absens est, nec gaudemus, nisi quia illo potimur actu.

E contra verò timemus mala absentia imminentia: tristamur de præsenti malo; odio verò habemus vtrumque.

Perficiuntur autem hi actus virtutibus, ut dictum fuit suprà, nám omnis fuga mali fit à Iustitia recedendo ab extremis: à prudentiâ dictante quod medium sit tenendum: à Temperantia abstinentे ab excessu & defectu, & à fortitudine impellente & corroborante facultatem.

Pariter prosequutio boni fit dirigente prudentiâ: exequente Iustitiâ: Moderatrice Temperantiâ: & auxiliatrice fortitudine, quoad res huius vitæ: Fide verò illustrante; spe erigente, & Charitate mouente, quoad res futuræ vitæ.

Sed, cùm iij actus dicantur humani quod proprii sint homini Interioti: de iis est agendum sub alia ratione quam sub ratione animi nostri passionum. hic enim eos nuncupamus actus humanos.

Celebris autem est humanarum actionum diuisio, in actus elicitos & imperatos.

Actus eliciti sunt iij qui ab ipsa voluntate eliciuntur, & in eadem recipiuntur, vt voluntio, actus amoris, desiderii, intentionis, electio-

nis adæptionis finis & illius fruitionis: imperati verò, qui ab aliis facultatibus elicuntur, iubente voluntate, ut dum oculus circa obiectum aliquod versatur, quia voluntas vult. Iterum, actus eliciti vel sunt circa bonum ut finem, & dicuntur volitio, intentio, fruitio: vel circa bonum ut medium, & dicuntur elecio consensus & usus; consultatio enim est actus intellectus.

Actus autem eliciti à voluntate sequuntur ductum intellectus: & secum trahunt alias facultates externas & interiores.

Sed potissimum diuiduntur actus humani, in honestos & vitiosos, ut in suas species.

Hæ species desumuntur ex obiectis. Quod obiectum est conforme diuinæ legi speciem tribuit actioni, honestate præditam; quod verò est disforme diuinæ legi, speciem tribuit vitiosam.

Objectum autem voluntatis duplex est, materiale & formale: materiale est id quod voluntas appetit vel respuit: formale vero bonitas, vel malitia illius rei.

Videt homo tempore Ieiunij cibum vetitum; ille cibus bonus est parti sentienti: malus vero parti rationali: vel parti concupiscentiæ conuenit: parti disconuenit superiori.

Illa conuenientia est bonitas actus: illa disconuenientia, malitia actus: bonitas aliquid posituum: malitia aliquid priuatum. est enim bonitas actus conformitas actus cum lege diuinâ: malitia vero disformitas seu pri-

uatio conformitatis actus, cum lege diuina.

Bonitas illa laude digna est, & præmio: malitia verò digna vituperio, & poena. Cauti tibi interior homo esto prudens ut tibi prouideas: iustus ut tibi quod æquum est tribuas: Temperans ut ab excessu abstineas: & fortis, ut malum repellas: prosequere bonum. & In omnibus hæc perpende.

Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo quando.

Quis denotat qualitatem personæ quæ agit *quid* qualitatem objecti: *ubi* locum in quo fit actio: *quibus auxilijs*, media quibus vtendum est ad obiectum assequendum; *Cur* finem ad quem finit res, *quomodo* an dolo aut ratione, *quando*, tempus.

Licet autem Interior homo sibi ipsi & suis actibus interioribus consulere debeat primario, id non impedit quominus secundariò sit illi incumbendum in actibus exterioribus componendis. Non enim ita solitariò degit, quin ad externa obiecta aliquando respiciat.

Possunt autem actus exteriores spectari vel prout appetuntur & imperantur à voluntate; & sic se habent ut voluntatis obiecta: vel prout eliciuntur à suis potentiis & tunc se habent ut actus.

Dum quis propriâ manu rem capit alienam, illa externa actio furti quatenus imperatur à voluntate, est obiectum voluntatis: quatenus vero exercetur ab homine est actus potentiae exterioris, nempè manus.

Si actus exterior spectetur posteriori modo est malus formaliter denominatione extrinseca petita ab actuali malitia inhærente in actu ipsius voluntatis illum imperantis: si verò priori modo, non est malus nisi obiectuè quia nimis est objectum prauæ voluntatis.

Diffunditur ergo malitia aut bonitas ex intrinseco: a sola voluntate prodeunt boni aut praui affectus.

Hi compescendi sunt virtutibus, & omnino iuxta leges conformandi: de quibus legisbus est aliquid dicendum, non quidem plura. sed quæ ad nostrum institutum spectare videbuntur.

QVÆSTIO SEXTA.

D E L E G I B V S Q V I B V S D E B E T
dirigi. Interior hom. tibi

HE tu qui legis: nūm te in speculo præposito inspiceris? Homo es Interior & ad exteriora diuagaris: extra limites tuos progrederis. **Q**uid sis perpende, & tibi consulea Corpore constas & animo: parte superiori, præditus

es & inferiori : & hæc , illi seruire hata est : quid tibi igitur in inferioribus , vt altiora spernas ?

Quæque suis adstringuntur legibus , & quibus circunserbitur ; non obtemperat homo , Cœlos volui perpetuò cernimus : sydera in hæc inferiora influere : Solem terras illustrare ; elementa vicissim conuerti : plantas virescerere : & bruta sentire , quia hæc eorum natura : ac lex : at , homo qui ratione donatus est , & cui lex , ratio : quid agit ?

De abyssō , in abyssum voluitur , quæ infima sunt sapit ; quæ terram decent lustrat , ad caduca conuertitur ; viget in vitijs , brutorum more agitatur .

Quid inde ? nisi quia homo , non amplius homo est , quia non rationis compos : inuersa est eius natura , ex homine humus factus est : & qui sibi lex erat , fractus est , fracta lege .

Lex igitur Interiori homini data est duplex , naturalis & Diuina . Naturalis est dictamen rationis quō nouit quisque quid faciendum , quid fugiendum sit , diuina vero vel sumitur in se , vel in ipso Deo : si in se , est regula quedam practica æternæ veritatis , quam Deus ab æterno concepit & judicauit esse seruandam , vt rectè instituatur & gubernetur tota Oeconomia Interioris hominis : & debet hæc nobis esse exemplar juxta quod dirigamus nostros actus : si vero spectetur ut est in Deo legislatore , idem est realiter cum idea quam habet Deus de re gubernanda , vel

in nostro negotio lex Diuina est idea gubernationis Interioris hominis, quam debet sequi homo Interior in suis actibus edendis.

Cum enim sit in nobis duplex principium extrinsecum, nempè, obiecta prava quæ ducunt nos ad malum, & Deus qui ad bonum nos trahit, ne penitus pereat homo, voluit illum Deus instruere per legem & iuuare per gratiam & per virtutes. De gratia agit Theologus: de virtute verò, & lege Philosophus Moralis.

Legis autem est *principere & prohibere* præcipit Interiori homini ut pars Inferior subiicitur superiori: caro, spiritui: concupiscentia, rationi: prohibet verò nè hæc illi succumbat: ratio ipsa etiam quæ Diuinæ essentiæ quædam participatio est illud dictat; est igitur ita agendum.

Lex deriuatur à ligando quod debeat vtrūque appetitum communi affectu ligare: definitur, communis totius ciuitatis, aut politiæ consensus, quod debeat tota Interior cœnobii nostri, seu conscientiæ nostræ familia, in omnibus conuenire.

Additur in definitione, quod lex instituta sit ob bonū publicum totius ciuitatis: & hæc conueniēs erit Interiori homini; si pars inferior superiori obtemperet: hæc verò, ipsi Deo.

Si secus, labitur lex, & perit homo.

Lex naturalis illum dirigit ad finem naturalēm, nempè, ad mutuū consensum vtriusque

que appetitus juxta dictamen rectæ rationis : diuina verò ad finem supernaturalem per auxilia gratiæ.

Cum igitur ad finem supernaturalem sit conditus Interior homo, nec illum possit assequi nisi virtutibus, & actibus qui sunt conformes legi naturali & diuinæ: postulat res ut quæ sit illa lex paucis attingamus.

Lex diuina prout distinguitur à naturali & ab humana quæ a principibus secularibus, vel ab ecclesiasticis statuitur ob regimen totius Ecclesiæ, vel regni, vel Imperij. Definiri potest, ea quæ à Deo hominibus est reuelata, ut per eam homines ad finem supernaturalem dirigerentur, cùm natura inferior sit quæ hunc possit attingere finem.

Est autem illa duplex; Mœtaica nimirū & Euangelica: seu vetus, & noua. Illa à Deo per Moysen Israëlitico populo: hæc verò per Christum omnibus hominibus promulgata est ad salutem nostram.

Hæc plura continent præcepta quibus obligatur Interior homo necesse est, quæ ut omnibus nota, prætermitto. Ad finem ultimum illius hominis accedamus.

Quælibet enim de his immodiciter contingeret: inservit de his recte huiusmodi cum Apollonio priece acieps certe capio libellum. Cum ergo dicitur talio sibi pectoralium. Pountum dicitur Interior homo in latum.

DISPVTATIO Q.V.A.R.T.A.

D E S V M M O B O N O

Interioris hominis in virtuque vita.

SE DATIS tandem Interi-
oris hominis perturbatio-
nibus, cuiusque duplicitis ap-
petitus initâ pace, virtu-
tum interpellatione; sese
denuò sentit homo alio
fine commoueri.

Tempus est ut se totum Deo asciscat, qui
se totum à Deo accepit, & qui totus recesserat neglectu, tempus est ut totus accedat am-
plexu.

Quantum enim se suis immerserat cupidinibus : tantum ab ijs retrahi nititur, ut possit
cum Apostolo hæc verba edere, *cupio dissolui & esse cum Christo*.

Cum igitur finis quem tanto affectu prosequitur Interior homo, sit summum, bonum

vt poté quod solum potest eius explere appetitum; de illo est nunc agendum, si præmisserimus, quid bonum, quid malum & quod horum potest obtinere rationem finis: sit igitur.

QVÆSTIO PRIMA

DE DIVISIONE, ET DEFINITIONE boni.

ADÆQUATE diuiditur bonum in naturale, supernaturale, Morale, & artificiale: juxta triplicem statum in quo potest homo considerari.

Velenim potest spectari homo in esse naturæ quatenus est simpliciter homo, ut sunt Ethnici: vel in statu gratiæ ut sunt iusti: vel in statu gloriæ ut sunt beati in cœlis: vel in statu moris, ut sunt qui vitio aut virtute prædicti sunt: vel in statu artificiali, ut sunt opifices.

Bonum autem naturale dicitur id omne quod rei conuenit juxta propriæ naturæ conditionem: ut calor, igni: malum vero quod illi rei disconuenit ut, frigus, igni.

G 2. 2. 2. V



Bonum supernaturale est illud quod vires excedit quidem naturæ; sed tamen rei naturali conuenit ut per illud illa eleuetur a statu naturali, ad statum supernaturalem: ut gratia quæ hominem eleuat ad lumem gloriæ, & lumen gloriæ ad Deum videndum.

Bonum Morale dicitur quod naturæ tationali competit ut medium ad bonum supernaturale: ut sunt actus virtutum qui animam præparant ad gratiam; & affectus voluntatis nostræ prout conformes diuinæ legi, quia iij disponunt nos ad statum supernaturalem.

Bonum artificiale vel est conformitas operis cum sua idea, vel habitus artis residens in intellectu artificis, aquo habet ille homo ut sit artifex.

De hoc bono agit quiuis artifex in sua arte, ut dum logicus agit de conformitate syllogismi cum sua idea: de bono naturali agit Physicus, aut etiam Metaphysicus: dum dicit omne ens, bonū esse: de supernaturali Theologus; de solo Morali agit Moralis Philosophus.

Dividitur autem bonum Morale in utile, delectabile, & honestum. Honestum est illud quod decet interiorem nostrum hominem quatenus sibi & aliis rationalis est, ut virtus, actus conformes diuinæ legi, corumque obiecta: delectabile quod decet partem eius sensitivam ut voluptas: utile vero quod ducit ad honestum & delectabile assequendum.

Vnde qui se statu iustitiam, Prudentiam,



Temperantia, Fortitudine, & alia opera rectæ rationi & diuinæ legi conformia: ille, homo est; si secus agit, & sese dat voluptatibus & vitiis, animal: *comparatus enim est iumentis insipientibus & similis factus est illis.*

Essentia autem boni Moralis non est sita in eo quod sit ens absolutum: sed alteri relatum: virtus enim non sibi bona dicitur, sed homini.

Vnde quæri solet an essentia boni sit in relatione seu in conuenientia rei bonæ cum suo subiecto, vel in sui appetibilitate: omne enim bonum Morale conueniens est naturæ rationali; illique appetibile, juxta illud *bonum est quod omnia appetunt.*

Sanè, nobis bona appetimus, quia nobis conueniunt, non contra; ergo, prius est rem esse bonam, quam possit appeti: & ita, conuenientia, est illius essentia: appetibilitas vero illius proprietas.

Cum igitur nihil sit bonum homini nisi conueniens fuerit naturæ rationali: nihilque conueniens nisi conforme diuinæ legi & rectæ rationi & nihil appetibile præter bonum: quid appetis tu qui homo es? aliis obesse, aliis iniuriam inferre, à legc recedere, qui legibus es adscriptus?

Tu lex, tu homo, quia homo rationis est particeps, & lex est ipsa ratio.

Lex diuina, est ipsemet Deus; lex naturæ, ipsemet homo, quia Diuinæ essentiæ participatio quedam est homo: & ideo homo

Quoties ergo a lege recedis, à te ipso disce-
dis: & quoties à te ipso abscedis, à similitudi-
ne Dei recedis: & tunc abit à te similitudo
Dei, cum a bono recedis. Heu! qui se elongant
a te, peribunt,

At, num soli bono conueniat, posse appeti,
videamus.

Quidam de grege peccatorum adstruunt
æque posse malum appeti ac bonum, quod
voluntas sit ad utrumque indeterminata: nec
magis ad unum quam ad aliud sit prona. Sed
errant, voluntas enim libera est ad bonum &
ad malum; sed, aut odio, aut amore: odio pro-
sequitur malum & amore bonum: nec diligi-
potest unum, nec aliud odio haberi.

Expetit homo peccatum sub ratione boni:
renuit vero virtutem sub ratione mali.

Sibi faber efficitur & quam vult inducit
formam.

Ex ære alieno vel simulachrum effingit vi-
tio, si contra Domini voluntatem: vel sta-
tuam virtuti, si cum consensu illius efficiat.

Si tempore jejunii plus sumat alimenti quam
par sit, statuam fingit ventri, & eorum fit
æmulus quorum Deus venter est: si non plus
æquo sumat, ægregiam vero Deo delineat
imaginem.

Vnde, malum ut plurimum speciem induit
boni, & quod ex se malum est, bonum sese
exhibit ut rapiat, & rapiatur.

Homicidium, furtum, adulterium, periu-
rium, & alia quæ cateruatum incedunt vitia,
vt Internorem hominem euertant, & perdant:
speciem induunt honestatis, oculos excecant:
mentem perturbant: concupiscentiam feriunt:
voluntatem trahunt: alicitur homo, labitur,
ipse & perit: & indè emergere difficultimum
est, quia facilis *descensus Auerni*.

Sed renocare gradum, hoc opus hic labore est.

Voluntas igitur ex se cæca, ductum sequi-
tur intellectus: si ergo hic, illi proponat obie-
cta bona, quæ mala sunt: aut mala quæ legi
Diuinæ consona: & illa quæ mala sunt ample-
ctatur vt bona: quæ vero bona, vt mala res-
puat: bonum odio habet sub specie mali: &
malum diligit sub specie boni. *hic est peccatum.*

Duplex igitur est malum: duplexque bonū
Morale: apparens, scilicet, & verum.

Bonum verum illud est quod natura sua est
tale, vel quod conforme est Diuinæ legi: vt
sunt virtutes & earum obiecta: bonum vero
apparens id quod ex se malum est, sed sese
exhibet sub speciem boni: vt vitium, dum in-
duit speciem virtutis.

Fit autem id ex imbecillitate mentis nostræ,
quæ ob effervescentiam humorum corporis,
cordis indurationem, & morum depravatio-
nem, res aliter quam sint inspicit, & uti ins-
pexerit proponit voluntati, sequitur hæc &
totus labitur homo.

Sed quia bonum apparens est ipsummet
malum aliter cognitum, quam sit in se, po-

stulat res ut quid & quotuplex sit malum ut
deamus, ut inde magis elucescat ratio boni,
sit igitur.

QVÆSTIO SECUND A.

*QVID, ET QVOTVPLEX
sit malum Morale.*

MALUM, quod bono opponitur, ut vi-
tium virtuti, nihil est aliud quam pri-
uatio boni.

Est autem quadruplex ut bonum: Malum
naturæ: malum gratiæ: malum Morale: &
malum artificiale.

Malum artificiale quod & peccatum artis
dicitur nihil est aliud quam obliquitas operis
seu operationis: malum naturæ quod & pec-
catum naturæ dicitur, est defectus naturæ ut
gibositas in homine: malum gratiæ est pri-
uatio gratiæ: malum vero Morale quod
proprie peccatum dicitur, est obliquitas actio-
nis humanæ quæ deberet legi diuinæ esse
conformis, & non est.

De malo naturæ agit Physicus lib. de causis
ybi de monstris: de malo artificiali quisuis

Artifex in sua arte, ut dūm Logicus in analyticis, docet illum syllogismum esse suā priuatūm bonitatem qui non est juxtā sua praecepta de malo gratiæ, agunt Theologi, vbi de peccatis: de malo verò Morali Moralis Philosopherus cuius est agere de bono naturæ rationabilis in ordine ad suum ultimum finem qui est Deus.

Est autem duplex malum morale, nempè actus, & obiectum actus.

Ille actus malus est, qui caret sua rectitudine: illud uero obiectum malum, quod non est conforme diuinæ legi. Sumit aliquis furorem alienam: illa res aliena, est obiectum malum: furtum vero actus malus. Neque enim est diuinæ legi conforme ut res aliena auferatur: nec conformiter ad legem diuinam operatur is, qui illam aufert.

Sed duo sunt spectanda in utroque, materiale nimirūm & formale: materiale obiecti, est res ipsa quæ aufertur, formale vero eius disconuenientia cum illo qui furatur. Non enim illi conuenit, sed proprio Domino: materiale actus, est ipsa entitas actus, ut actio voluntatis decernentis auferre rem alienam: formale vero eius actionis obliquitas.

Vnde, materiale est quidem aliquid reale, sed formale est pura priuatio conuenientiæ cum lege diuina: materiale procedit ab auctore naturæ: formale verò à solâ natura nostrâ corruptâ.

Vtrumque tamen prout est ab homine,

prauum sequitur judicium intellectus; quatenus, scilicet, res quæ legi diuinæ aduersatur, bona concipitur esse, & nostrum trahit affectum, & sic peccamus, quia à lege discedimus, & à ratione quæ nobis dictat esse incumbendum virtutibus, & nunquam a lege diuinâ discedendum.

Bonum etiam dupliciter sumitur, nempè, secundum materiale, & secundum formale. Materiale est res quæ bona dicitur, ut iciunium: formale vero, illius ieiunii conformitas cum lege diuina.

¶ Ptæcipit namque Deus per suam Eclesiam ut ieiunemus.

Sed, potissimum iciunium est ut a vitiis abstineamus.

Ex dupli enim cōstat homo parte, corpore & anima: sed hæc præstantior illo. Quæ bona decent animam; corpus dedecent: & è contraria.

Ieiunium corporis ad animæ confertur utilitatem, nè scilicet, crapulis & ebrietatis jūmisceatur anima, quibus obnoxium est corpus; & quibus addictum est hoc, ab illis aborreat illa.

¶ Edamus & bibamus, cras enim moriemur & post mortem nulla voluptas, aiebat Epycurus: ieiunemus, & à vitiis abstineamus clamabat Tertullianus. cras enim moriemur, & post mortem, aut labor aut quies.

Bonum autem siue materiale, siue formale, diuiditur in bonum medii & bonum finis.

Bonum finis est id propter quod agimus; bonum medii id quod utimur ad bonum finis consequendum.

Homo qua parte sensitius est bona appetit quae sibi & brutis communia sunt: qua vero parte est rationalis, ea quae sibi & angelis competit: utrumque bonum hoc, est bonum finis.

Solus Deus est finis ultimus hominis: virtutes, & bona opera sunt media ad illum.

Non solum de virtutibus agit Philosophus Moralis, sed de Deo ipso prout est finis ultimus hominis, de quo superest modo agendum, si praemiserimus quid & quotuples sit finis an sit idem cum bono & an detur finis ultimus nostrarum actionum.

Q VÆSTIO TERTIA.

*Q V I D E T Q U O T P L E X
sit finis, an sit idem cum bono, & an sit aliquis
finis ultimus hominis Interioris.*

PLURA complectitur haec questio scitu digna: haec capiat Interior homo, ne dum sensu, sed affectu.

Finis est duplex nempè finis *Cui & finis, cuius gratia.* Hic est res quæ appetitur: ille verò persona cui appetitur.

Petrus sibi vel alteri appetit gratiam & gloriam: gratia & gloria sunt finis cuius gratia operatur: ipse vero Petrus, aut alius est finis cui appetit gratiam & gloriam.

Medicus intendit restituere sanitatem ægroti, adhuc media necessaria, & illam assequitur: illa sanitas est finis cuius gratia operatur: ægrotus verò est finis cui operatur.

Finis cuius gratia operatur homo, vel corpus spectat, vel animam, quia corpore & anima constat homo. Finis quem spectat corpus sunt magistratus, deliciae, & huius seculi bona: quem verò spectat anima, sunt virtus, gratia, gloria, & vitæ futuræ præmia.

Finis igitur est idem cum bono, nihil enim appetitur nisi ut bonum, & quod bonum appetitur, est finis appetitus nostri.

Non sunt autem finis & bonum idem formaliter, sed diuersa. Bonum enim est formaliter alteri conueniens; finis verò id quod agens mouet ad agendum: sese tamen mutuò includunt nam quod conueniens est alicui, illud potest mouere ad sui adeptionem.

Sanitas est bona ægroti; gratia peccatori; gloriaque viatori: & quia bona est illi, ideo affectum illius mouet, ut eam assequitur.

Vides igitur quā differat finis, à bono.

Vnumquodque autem dicitur esse pro-

pter suam operationem , nè quidquam in otio languescat : est enim otium , aliud à quiete . Natura quidem est principium motus & quietis , sed non otii . *Quid hic statis tota die otiosi* inquit Christus , desidiosis .

Agere autem propter finem fieri potest tribus modis .

Primò quidem ex solo impulsu naturæ , si ne vlla prænotione finis , vt inanimata : Elementa enim grauia , vt terra & aqua deorsum tendunt : Elementa levia , vt aér & ignis , sursum : Cœli vero circa centrum .

Secundo , ex præuia cognitione finis , yr bruta , hæc enim finem quidem percipiunt , sed ad illum non rapiuntur libertate , sed necessitate .

Tertiò vero ex præuia cognitione finis , & libertate agendi , vt homines qui finem percipiunt , & illis liberum est vt circa illum agant , aut vt non agant .

De fine solius hominis agimus , & 'quærimus , an ille homo semper debeat agere propter finem , quando actu agit .

Multi sunt qui adeò desidiosi in suis otiosis languescant , vt nihil videantur propter finem agere , sed fine egere .

Alij verò finem sibi præscribunt : sed sine fine . De vitio enim voluntur in vitium : de peccato in peccatum ; & quia hæc multa sunt , finis non sunt ; quia finis unus est .

Nequit enim idem homo ad multa distrahi quin diuidatur , & diuisio est corruptio entis ,

quemadmodum vnitas proprietas entis. Vis enim vnota fit fortior, dispersa vero fit inuallidior.

Alij finem sibi statuunt vnicum cui firmiter inhærent, illumque cognoscunt; ac amāt. Deus, illorum finis est; & quem, finem habent, eundem pro principio agnoscunt, vt hinc & indè id habeat quō nec titubent neque cadant.

Finis igitur vltimus, humanæ naturæ est Deus: sed nequit is acquiri nisi per media, quæ duo extrema vniuant.

Extrema sunt Deus & homo: media verò, Fides, Spes & Charitas: Prudentia, Iustitia, Temperantia, & Fortitudo.

Alij sunt quidem fines vltimi apparenter veri sed ab Interiori homine ad beatitudinem proficiscente alieni sunt, vt potè qui illum auertant a Deo, non conuertant.

Diuitias, honores, magistratus, voluptates & alia id genus sibi asciſcunt improbi homines vt fines vltimos; at delirant.

Probi verò hæc deliramenta spernunt, has quisquilias paruipendunt, & quæ sub suo subiiciuntur imperio, ne suprà se extollantur, aduertunt.

Est igitur Deus, vltimus finis Interioris hominis: illum perpetuò voluat mente, memoriā retineat: voluntate amplectatur; corde diligat, & anima: suosque ad illum dirigat actus, vt qui à Deo habet, quidquid possidet: ipsi Deo retribuat id ipsum quod est & habet.

Sed ad beatitudinem Interioris hominis
progrediamur.

QVÆSTIO QVARTA.

DE SVMMO BONO NATVRALI
Interioris hominis in hac vita.

DVPLEX est beatitudo Interioris hominis in hac vita: altera est intra limites naturæ, ut scientiæ, artes, diuitiæ, honores dignitates & alia id genus, quæ nostrum aliquant affectum: altera vero vires excedit naturæ, & statum attingit gratiæ: ut Fides, Spes, Charitas, quæ hominem eleuant ad statum omni ente naturali sublimiorem.

Beatitudo naturalis ea est quæ acquiri potest viribus naturæ, & duplex est, speculativa scilicet & practica.

Speculativa sicut in sola contemplatione veritatis rerum, siue illa veritas sit prima siue aliqua dependens ab illa: ut Intelligentiæ animæ separatae, & ceteræ res quæ naturæ ambitum non excedunt: practica vero, sequutio diuitiarum, honorum, dignitatum,

& aliarum rerum fruitio, quæ mētēm titillant, & affectum alliciunt, ad sui assequitionem: vel ut melius loquar, illa, est praxis virtutum.

Supernaturalis beatitudo est ea quæ viribus naturæ obtineri non potest; sed speciali quodam beneficio Dei, comparatur & est duplex: altera huius vitæ quæ obtinetur per dona gratiæ, seu per actus Fides, Spei, & Charitatis: altera vero vitæ futuræ, & consistit in clara & intuitiva Dei visione.

Dividitur autem vtraque beatitudo, naturalis scilicet & supernaturalis, in formalem & obiectuam. Formalis dicitur intrinseca: obiectua extrinseca.

Obiectua est ea res cuius possessio nos reddit beatos, quia explet nostrum appetitum: formalis vero actualis illius rei nos beantis possessio.

Hoc sensu Deus ipse clarè visus est nostra beatitudo obiectua in patria: clara vero visio illius in patria, nostra beatitudo formalis.

Patiter, Deus obscurè visus per fidem, est nostra beatitudo supernaturalis in hac vita: ipse vero actus fidei, beatitudo formalis.

Similiter, res scibiles, virtutes, diuitiae, honores, & magistratus, sunt nostra beatitudo obiectua naturalis, in hac vita: actualis vero possessio, seu praxis illarum rerum, formalis.

Vt autem res melius innoteat, secundum

tum est, beatitudinem definiri ab omnibus Philosophis, post Boetium: statum, omnium bonorum aggregatione, perfectum.

Sensus est, beatitudinem esse cumulum omnium bonorum quibus potest expleti nostri appetitus.

Si igitur tibi sufficientia diuitiarum sunt tua felicitas; si honores, aut magistratus, nihil amplius est, quod expertas; si vero scientiae aut quipiam creatum sublunare, quid Cœlos Intueris? quid contemplaris Deum? Hic tuus Deus non est, qui tua non est beatitudo.

Fortè, voluptates tibi assumis pro cumulo tubrum affectuum, deliras: Hæ transiunt, & nemo felix nisi semper; nemo beatus, qui à sua beatitudine potest deficere.

Fortè, in esu & potu singis esse tuam sortem ut sis è numero eorum qui ventrem saginant, & pecorum more viuant ut bibant, hallucinariis: non idèo viuit homo ut bibat; sed babit, ut viuat.

Ut tibi, igitur & mihi satisfaciā scias velim, quia hoc & ego scio: dari quandam naturæ humanae felicitatem, supposito desiderio illam habendi, nec eam posse esse quid, creatum sed increatum, aut obtineri in hæc vitæ, sed in futura.

Diuitiarum non expletant nostrū appetitū. Agitorū & pecudū possessio nos non satiat,

Robur & sanitas corporis parum prouert, si aliunde egemus.

Amici multum quidem possunt, sed solus
terris, tempora si fuerint nubila.

Honores & dignitates respuunt pauperie.
Quid igitur nostra beatitudo naturalis?
Num, beatores qui ditiores?

Qui pluribus affluit fortunæ bonus pluri-
bus iubiacet periculis. Ludibria fortunæ sunt
quæcunque illius ditioni obnoxia sunt.

Num felices qui deliciis se dicant; qui se
vouent aliis, seculi huius, blanditiis? mini-
mè.

In honore & gloria, viti Ciuiiles: in diuinitatibus
& pecuniis, auari: in sanitate & vigore corpo-
ris, ægroti: in forma & specie, viri effemini-
nati: in voluptate, molles: in animi tran-
quillitate, viri solitarii: quidam in vita legi-
bus consentanea: nonnulli in habitu virtutum:
plurimi in actuali virtutum exercitio,
posuerunt suam beatitudinem naturalem sed
isti bene: illi pessime.

Heu! Interior homo, quid agas in dubio
est.

Blandiuntur deliciae, sed fastidiunt: alliciunt
diuinitatibus, sed premunt: Dignitates pungunt;
Magistratus arguunt: hi honores onera sunt
& quæ corpus, aut fortunam, decent, bona
te inferiora sunt.

Num tua fœlicitas, te inferior est, ut hæc
amplectaris ambigua, caduca, & pedibus
calcanda? Ianè Domine, omnia subiecisti sub
pedibus eis.

Beatitudo igitur naturalis Interioris ho-

minis; nec bona fortunæ sunt; neque corporis, & tamen aliqua est illius naturalis status; beatitudo.

Vt anima præstat corpore, ita animæ debetur hæc beatitudo.

Estantem hæc beatitudo duplex, specula-

tiva, scilicet, & practica.

Practicam ponunt Stoici in habitu virtutum, non in actu; Peripatetici vero in actu,

non in habitu.

Putant enim hi parum prædeste homini si habitibus virtutum abundet nisi hi excent in actum: illi vero, habitus esse principia actuum docent, ideoque illis præstare; quia principia manent, actus vero effugiant, & nostra beatitudo debet stabilis esse, non vagula.

Deinde, beatitudo est optimum animi bonum, ieiunt Stoici; sed habitus sunt animi optimum bonum, non actus: nam actus sunt

quasi radij qui oriuntur a sole: habitus vero sunt ipse sol: ergo, ut sol superat radios nostra habitus, actus.

Vlterius, actus virtutis potest esse cum habitu virtutis: non autem habitus virtutis cum

habitu vitij: cum igitur habitus vitii sit summa miseria, habitus virtutis est felicitas summa.

Denique, si actus virtutis esset beatitudo nostra naturalis ita & actus vitij esset nostra miseria: sunt autem qui felices sunt &

tamen quosdam eliciunt actus vitiros, ergo beatitudo nostra naturalis non sicut in actu,

sed in habitu virtutum.

Peripatetici in exercitio virtutum posuerunt nostram felicitatem naturalem quod putarent parum prodesse habitus Prudentiae, Iustitiae, Temperantie, Fortitudinis & aliarum virtutum nisi transcederent actum.

Et saepe quid prodest Prudentia nisi tibi & tuis rebus prouideas quid Iustitia nisi tibi & aliis quod iustum est tribuas quid Fortitudo nisi fortiter te in omnibus habeas quid Temperantia nisi abstineas ad omni excessu & defectu plane nihil. Quin immo impeditius est quod ad deos erat.

Summa igitur nostra beatitudo naturalis practica in hac vita est congeries virtutum in Habitu & actu: yntum sine alio nihil aut parum: illa duo simul totum complent hominem beatum.

Beatitudo naturalis speculativa si qua sit admittenda in hac vita ipotissimum posita est in summi entis contemplatione que per hunc in naturale intellectus habetur: minus praecipue vero in actuali contemplatione rerum creatarum.

Id docet Aristoteles libro II & IO Ethycorum vbi ait mentes separatas ab omni materia corruptibili, & praecipue summi mente esse obiectum nostrae felicitatis.

Et lib. XI Metaphy. affirmat ipsum Deum sui contemplatione beatum esse, nos vero beatos evadere cum ei quantum fieri potest assimilari, per suum limitationem.

Libro etiam 3. de anima scribit hominem

fieri omnia, dum omnia concipit mente; unde hominem fieri Deum constat cum Scimus mente concipit.

Et sane illud obiectum est scopus nostræ fœlicitatis, quod potest nostros absorbere cogitatus, & affectus; ut nihil aliud relinquitur intelligendum & amandum; Deus autem est huiusmodi nam quacunque viâ creaturâ, datur alia, & alia cognoscenda: & solo viâ Deo nihil aliud superest, quod affectus nostros distrahat; ergo solus Deus lumine naturali cognitus, est nostra beatitudo naturalis speculativa.

Est tamen hæc fœlicitas imperfecta quia intra limites puræ naturæ nos deserit: sublimiorēm quærimus: hæc sane humilis, quæ extolli potest: hæc umbra: rem ipsam expertius: gradatim ascendat homo, a naturâ ad gratiam: à gratiâ ad gloriam: heu me miserum! quando fiet istud quod tam sitio!

Sistè gradum, Interior homo, hæc tabella tui est imago, hanc inspice, & te ipsum conspicies.

Quid tu, nisi imbecillitatis exemplum, temporis spolium, fortunæ ludibrium, iudicæ & calamitatis imago, quid amplius? bilis & pitiuta.

Quid tua vita nisi umbra mortis, & figura noctis?

Tot est miseriis obnoxia, tot calamitatibus implicita, tot perturbationibus agitata, ut nihil calamitosius.

Nunquam in honore, sine labore, nunquam
in prælatione, sine tribulatione, nunquam in
sublimitate, sine vanitate.

Macte igitur animo, & iis spretis quæ ter-
ram sapiunt, ad Cœlestia progredere.

In nobis inest appetitus sciendi quid sit Deus
beatitudo nostra, ad illum eleuamur fide, eri-
gimur Spe, & ei vnimur Charitate. Quare
quid sit beatitudo nostra hæc supernaturalis
in hac vita videamus.

QVÆSTIO

QVINTA.

*DE BEATITUDINE SUPERNA-
turali in hac vita.*

VT dupli in statu potest spectari homo,
quandiu inter mortales degit: ita illi du-
plex est assignanda beatitudo: altera naturalis,
altera supernaturalis.

De naturali dictum fuit; superest ut de su-
pernaturali agamus.

Potest autem hæc spectari vel in via, vel
in patria: via est hæc vita: patria vero, futu-
ra vita: & hac quæstione agimus de beatitu-
dine hujus vitæ: ut deinde progrediamur ad

illam quæ in patria, beatis illis mentibus exhibetur.

Est igitur hæc beatitudine, ea quæ Interiori hominem à statu naturali ad statum supernaturalem eleuat, ut ijs spoliatus carnis affectibus, quos à natura contraxerat, & à vitio: nihil aliud, quam Cœlum sapiat.

Tria illum ad infima depriment: ignorantia Dei, desperatione, & odium: tria cum a causa illo erigunt, Fides, Spes, & Charitas.

Scit Deus contraria contrariis adhibere media, ut suum opus quod perierat, in pristinum suum restituatur splendorem; & vivat quod mortuus erat.

Ego sum via, veritas, & vita inquit Christus: & à via recesserat homo, a veritate declinans, & mortuus erat.

Vigebat quidem in illo appetitus ad vitam, & ad beatitudinem: sed pro vita, mortis simulacrum sibi statuerat; & pro beatitudine, miseriariam.

Quid opes, dinitiæ, honores, dignitates, & alia quæ sapiunt terram; quam mortis effigies, cum morti obnoxia sunt? Quid vero voluptates, & carnis, ac vitiorum illecebrae, quam miseria, cum nos miseris reddant, & ad nihilum redigant? Hæc sanè vana sunt, & vagua quin immo nihil sunt, quia à Deo summo ente, aliena sunt.

Ut igitur Interior homo à Deo recessit ignorantia, desperatione, & odio, ad illum rebeat, Fide, Spe & Charitate, necesse est.

Fides quippe, Dei cognitio est, Spes fiducia in Deum; Charitas vero vinculum quo connectitur homo, ipse Deo.

Fide eleuatur homo in Deum, spes erigitur, at sola Charitate perficitur, & vnitur gloriae.

Hoc totum est aedificium interioris hominis in statu supernaturali huius vita: hic tota eius summa beatitudo: hic eius felicitas tota: qui ipsis pollet summè felix: qui ipsis indiget, summè miser est; & si velit sibi Interior homo prouidere, haec praeuidebit, & praeuisa amplexabitur.

Per fidem enim adepti sunt patres reprobationes: per fidem placuit Deo, Abraham: & Apostolus, *sine Fide impossibile est placere Deo.*

Et ratio est cuidens, nam per fidem Deum comprehendimus ac possidemus quantum fieri potest in hac vita misera: trahitur enim ad nos fide, & ad illum trahimur, spe, & Charitate.

Trahe nos, post te curremus in odorem unguentorum tuorum.

Trahit nos gratiam, curramus affectu: amplexamur consensu & in lumine eius, videbimus lumen; videbimus inquam, & non moriemur.

Fides est cui succedit lumen gloriae, ut patria succedit via: ergo, ut lumen gloriae, nos reddit proxime beatos in patria: ita & Fides, in via.

Fides, subobscurè nobis exhibet Deum

conspiciendum in peregrinatione: lumen vero gloriae clare intuendum in aeterna beatitudine: Fides incipit, lumen gloriae perficit & tandem evanescitur obscuritas, ut sequatur lumen.

Natura igitur rationalis in quadruplici spectatur statu, quando inter mortales degit.

In statu purae naturae: ut Ethnyci qui lumine Fidei, & virtutum carent: in statu vitiorum peccatores: in statu virtutis, ut viri virtuosissimi & in statu Fidei, Spei & Charitatis, ut viri Iusti ac sancti.

Primi sunt omnino miseri: secundi, miserrimi: tertii commendandi, ultimi vero felices.

Natura deprimitur per vitia: erigitur per virtutes, perficitur per gratiam, completur per gloriam.

Felix igitur qui fide clatus, spe firmus, & charitate feruidus: felicior, vero qui ex iis exsolutus mente, ad altiora rapitur affectu ut rapiat, raptus: regnum enim celorum cum patitur, & violenti rapient illud.

QVÆSTIO SEXTA.

*DE BEATITUDINE OBJECTIVA,
in patria.*

PATRIA nostra, Cœlum est; terra verò peregrinatio: summum enim bonum non in perigratione, sed in patria: non in cursu, sed in termino cursus: non in pugna sed in victoria, reperitur. Curramus igitur sic, ut comprehendamus.

Fœlicitas, corona est & præmium virtutum: finis laborum est, non otium: est enim otium à fine, & à quiete alienum.

Non otiosi sunt beati; sed gloriosi, qui suam adepti sunt quietem labore: & cùm suis finem imposuerunt laboribus: iterum labori addicti sunt, sed sine labore agunt: praxis siquidem sola, laboriosa est: non speculatio.

En, speculatio nostra in Cœlis est, ibi conuersatio nostra, ibi cogitatio nostra, ibi cor nostrum, quia ibi thesaurus noster, Deus.

Duplex est beatitudo nostra, in patria; objectiva scilicet & formalis, nequit una si-

ne altera nos beare: obiectua ita in nos illabitur; & formalis in illa ita absorbetur, ut qui homo erat, sit quasi Deus, & qui Deus erat sit quasi homo.

Tanta est vis vniōnis beatificæ: tantus luminis gloriæ splendor, ut qui in lumine videt illud lumen, lumen sit & ardor.

Deus ipse solus est qui objectiuè nos beatclarè visus: sese namque nobis exhibet intuendum, uti est.

Vt est unus in essentia, trinus in personis, vt æternus, vt immensus, vt immutabilis, vt summè potens, summè bonus, summè iustus, & cætera que in illo resurgent attributa, nostram non aufugient intuitionem.

Heu: Interior homo, intus habes quod tali & tanto perfruaris bono: est in te mens quâ illud agnoscas, voluntate quâ illud ames: memoria, quâ illud perpetuò voluas: virtutes quibus illud amplectaris; fides qua illud uti est, cognoscas: spes qua in illud confidas, & Charitas quâ illi totus vniatur tuus affectus.

Nec bona fortunæ quæ multis laboribus tibi cuimulasti: nec bona corporis quæ natura tibi impertita est; nec animi munera quæ summa cum laude, te cæteris præficiunt; ex hoc scopo auertent, si aduertas

Sed forte; quia rationis compos, velles id tibi ratione suaderi, esto igitur, audi.

Deus solus est nostra beatitudo objectua, quia est supremum ens & supremum bonum: continens in se omne ens, & omne

bonum: fons & origo omnis entitatis, veritatis & bonitatis est, quia potest nostrū explere appetitum: sicut extingere, famen satiare nequit autem esse huiusmodi nisi spectetur secundum essentiam & secundum perfectiones absolutas & relatiwas; ergo ut unus in essentia & trinus in personis, est nostra beatitudo obiectua.

Id etiam patet, nām ex scriptura videbimus illum sicuti in se est; ergo sicut est unus, & sicut est trinus, & quomodo aternus est, & quomodo immensus, & sic de ceteris attributis, nām hāc particula *sicut*, non denotat tantum quod ille sit unus & trinus: sed etiam quod nos simus illum visuri sicut est huiusmodi: ergo qui sit unus, & qui sit trinus, videbimus.

Non obscurè per fidem, & quasi in ænigmate: sed in speculo Diuinitatis & claritatis videbimus illum sicuti est. ô profunditas mysteriorum Dei!! sicuti est videbimus.

Patrem à nullo, filium à solo patre, & spiritum sanctum a patre & filio procedere credimus, at non videmus: & tunc sicuti est, videbimus.

Qui filius procedat à patre generatione non spiratione; *qui* spiritus sanctus spiratio-ne, non generatione, videbimus.

Hæc superant nostrum captum, excedunt vires Ingenij nostri: facultatem loquendi transeendunt: nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu: & Deus quæ nec oculus

vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis
ascendit, præparauit diligentibus se.

Diligamus igitur eum, & cum videbimus sicuti est.

Balbutie laboramus in peregrinatione,
nec sunt hic verba, quæ tot misteria valeant
aperire, lingua expeditiori opus est; sed illa,
non huius vitæ.

Qualis est res, tali debet exprimi idiomate,
Videbimus cum sicuti est: qui est aternus.
& quid sit eius aternitas: qui est Immensus,
& quid eius Immensitas, qui est summe
bonus & summi lustus, & qui creator, qui con-
seruator, qui gubernator, qui prouisor, qui
redeimtor, & qui iustificator & glorificator
videbimus.

Ad intra, & ad extra quæ sit, videbimus.

Quæ & quanta sint quæ reuelaturus est na-
steria beatissimis illis mentibus, videbimus.

Chorus angelorum nouem; intres Hyperachias miro ordine distributos contemplabimur.

Cœlestes orbes sub pedibus electorum sub-
jectos videbimus: elementa & cætera quæ
miramur modo, fastidio habebimus, & tan-
dém Deo ipsi fixi inhærentes, suam mæsta-
tem in perpetuas contemplabimur æterni-
tates: at quid sit hæc contemplatio, videamus.

Leibniz's notion of substance as *ex nihilo creare alio intercedere non posse*.
Hinc istud videtur esse optimus. Dicitur per
notissimam Ciceronem: *Nisi videtur Dei intelligentia*

QVÆSTIO SEPTIMA.

DE BEATITUDINE FORMALI

Interioris hominis in Patria

HACTEMVS de beatitudine obiectiva, seu de re qua potest nos beare : sequitur ut de beatitudine formalis, seu de ipsa nostra felicitate intrinseca agamus.

Cum ipsa sit possessio summi boni, illius sit facultatis nostræ oportet, cuius est possidere, non possidéri.

Diuus Thomas, eam ponit in clara Dei visione, Scotus in actui amoris quo beati Dei ipsum amant clarè visum : quidam alii in gaudio & delectatione quam percipiunt beatæ illæ mentes ex clarâ Dei visione. Diuus vero Bonaventura in triplici illo actu, visione scilicet amore, & gaudio: ita ut existimet hæc esse de essentiali beatitudine formalis, interioris hominis in patria.

Huius ratio videtur esse optima, nam beati, fœlices nō esset, nisi viderent Deum, illumque amarent, & ex illo clare viro sumerent, delectationem.

Si enim illum videant, & non aiment,
quæ eorum beatitudo.

Si videant & aiment non autem, delecten-
tur in illo, & cum illo. quæ eorum fœlicitas.

Sanè, vident, amant & delectantur: ut to-
tus hic homo Interior, qui duplici constat
parte, mente & appetitu: absorbeatur, men-
te quidem videndo tot misteria: appetitu a-
mando quæ videt, quia summe bona; & de-
lectando, quia nihil iucundius eo quod vi-
det & amat.

Verum ut res melius innotescat, quid intel-
lectui & appetitui debeat, est tribuendum;
diuidenda est, sine diuisione essentia à suis
proprietatibus, & conciliandi sunt prædicti
autores.

Beatitudo nostra ut poteris perfectissima
suam habet essentiam & affectiones.

Essentia est tota in clara & intuitiva Dei vi-
sione: ex hac pullulat in voluntate, amor
ex hoc vero, delectatio, ut proprietates.

Id enim est rei essentia quod prius concipi-
tur in re; illud vero est proprietas quod se-
quitur: prius autem est visio quam amor,
& amor prius quam sit delectatio: siquidem
non fertur voluntas in incognitum: nec de-
lectamur nisi de re quam amamus; ergo visio
Dei est essentia nostræ fœlicitatis, amor vero
& delectatio proprietates.

Deinde, in illa operatione animæ nostræ
est potienda beatitudo formalis, quæ est pos-
sessio Dei: sed sola clara Dei visio est huius-

modi, quia tunc Deum possideamus cum comprehendimus illum & id sit mente, non voluntate, quia voluntas potius comprehenditur quam comprehendat: potius possidetur, quam possideat; ergo essentia felicitatis est in actu intellectus.

Præterea, potest Deus esse exhibere intuentum alicui beato, & suspendere actuam amoris & gaudij: tunc erit ille vel beatus, vel non beatus: dicere beatum non esse qui videt Deum, absurdum est; ergo, beatus erit ille; & tamen neque erit in illo amor; neque gaudium.

Dices forte, illum posse tristitia affici: qui videret Deum & non actu gauderet: quoniam sit eius voluntas ad gaudium vel ad tristitiam indeterminata: ait autem scriptura quod ibi neque erit amplius dolor, neque luctus, quia prima abierunt: ergo, nequit esse beatitudo, sine gaudio, aut sine amore ex quo oritur gaudium.

Respondeo primò, non posse esse visionem Dei sine amore & gaudio, de potentia ordinaria, sed extraordinaria tantum.

Secundò, posita sola Dei visione, possibilia essent amor & gaudium, quia adesset utriusque obiectum: impossibilita vero odium & tristitia, quia neutrius esset ibi obiectum.

Tertio, ubi esset sola Dei visio, beatus esset quidem mente beatus, non affectus: hoc est, quoad intellectum esset beatus: quoad voluntatem non esset beatus: vel, esset beatus secundum

cundum essentiam beatitudinis, non secundum proprietates: ut iol sine calore: anima sine suis qualitatibus naturalibus.

Sed cum Deus velit omnes eius electos esse omnibus suis numeris absolutos. Innumerabiles spargit gemmas in eorum intellectu: Infinitas margaritas in eorum voluntate: totam animam irrorat suæ magestatis itinribus, quæ sequantur beatitudinem aperiamus.

QVÆSTIO OCTAVA.

*DE ILLIS QUÆSTE SEQUVNTVR
nostram beatitudinem in patria
ex parte Intellectu*

HACTENVS de virtutibus Interioris hominjs, ejusque beatitudine in utraque vita: superest, ut de iis quæ comitantur ipsam beatitudinem in patria, agamus.

Tanta est illius status beatifici præstantia ut pluribus nobilitetur muneribus tunc ex parte intellectus tunc ex parte voluntatis, cum etiæ ex parte corporis glorioſiquæ atuor dotibus, ut gemmis pretiosis locupletandi.

Primo igitur illi intellectu beatorum non remanebit fides; sed illius loco succedet lumen gloriae: hoc enim, illam suo obructo splendore.

Est enim fides, obscura Dei cognitio: lumen vero gloriae id quo beatæ ille mentes Deum ipsum clarè intuentur.

Luminare maius, & luminare minus, unum ut præsit nocti huius vitæ: aliud ut præsit diei futuræ æternitatis: unum euacuandum, ut potè quod dedecet statum beatificum: aliud vero statuendum, quod illi statuit maximè conueniens.

Solo lumine naturali videntemus Deum obscurissimè, lumine fidei obscure: lumine vero gloriae evidentissimè. Natura igitur perficitur fide: fides vero lumine gloriae.

Natura longè distat à Deo, ad Deum accedit fide, sed Deo vnitur lumine gloriae, absorbetur vero charitate.

Secundò. in Intellectu beatorum non remanebit eo modo quo est nunc Theologia hæc quæ in hac vita acquirimus labore: sed alia multò præstantior infundetur.

Hæc enim Theologia innititur principijs fidei, ergo quemadmodum fides propter sui obscuritatem dedecet statum beatificum: ita & hæc Theologia nostra: videbimus namque tunc omnia mysteria fidei nostræ clarè & intuitiuè.

Remanebunt tamen in intellectu beatorum omnes scientiæ speculatiuæ rerum naturalium, quas in hac vita labore acquisiimus: non vero opiniones variæ quæ in illis scientiis reperiuntur.

Scientiæ enim sunt perfectiones animæ quæ nullo pacto videntur repugnare statui bea-

tifico: ut opiniones que sunt instabiles & errori obnoxiae.

In intellectu etiam beatorum nullus remanebit error, nullaque ignorantia quæ sit priuatio scientiæ debitæ illi statui.

Scient enim beati omnia quæ suum decent statum, & præsertim necessitates viatorū, vt illis possint præstò esse: & nullis subiacet eorum Iudicium erroribus, quia mens restituta est suæ integritati.

In voluntate autē beatorū remanebit eadem charitas quæ fuit in hac vita, nec aliud erit discrimen quam quia apud nos est libera, ibi verò necessaria, vtraque necessitate, specificationis scilicet, & exercitii.

Deus enim clarè visus, illis repræsentatur vt continens omne bonum à quō non possunt auerti, vt conuertantur ad creaturas.

Absorbentur siquidem omnes illorum affectus ita in abbisso illo deliciarum, vt nihil aliud querant, nihil aliud appetant, nihil aliud ament, aut velint, aut possint: mare.

Fides igitur euacuatur, spes vertitur in fruitionem, charitas verò (quia maior est) remanet incorrupta. Illa vnit & vnitur, & vniendo facit duo vnum: fit homo Deus, & Deus fit homo, Charitate.

Hæc autem species amoris spectari potest vel prout est amor benevolentiarum quo Deus amat, propter seipsum quatenus in se bonus est: vel prout est amor concupiscentiarum quo amat quatenus nobis bonus est: & a neutrō actu amoris potest cessare beatus: neque

Hic autem amor adeò firmiter inhæret, propter claram Dei visionem: cùm enim illi repræsentet Deum ut summè bonum, vt fontem omnis veritatis & omnis bónitatis, è quo diminant omnes fluuij bonorum omnium quæ sunt in creaturis, nequit mens auerti, neque voluntas distrahi vt aliò se veritat, & potissimum cùm videat cætera bona creata corruptioni, & aliis rerum vicissitudinibus esse obnoxia: Deum vero ipsum omnino aeternum, immutabilem & perpetuò beatificantem.

In via quidem possumus cessare ab actu amoris circa Deum, & saepius ita nos gerimus, vt modò illū amemus, modo illi displaceamus, quinimmò illū odio habemus: at id ex iniucilitate mentis, obliquitate voluntatis; prauo iudicio intellectus, & ex infirmitate nostræ naturæ: quæ cùm sit adhuc hoc velamine corporis inuoluta, sensim trahitur ad vitium, & ea quæ mala sunt amplectitur vt bona: quæ vero bona, vt mala respuit.

Diuersitas enim operandi, partim prouenit ex habitu operandi, partim ex obiecto circa quod operatur: Deus autem qui est obiectū charitatis, aliter in via, aliter in patria se se exhibet intuendum.

Obscurè in via, clarè in patria: in via sub ratione boni absens' ardui summa cùm difficultate acquirendi, saltem ex sensu peccatorum: in patria vero sub ratione boni praesentis, acquisiti & possessi: hinc sit vt in

via libere, in patria necessariò, ad futurum.

Quomodo enim possent averti à Deo, quid
in Deo vident omnia quæ trahere possunt?

Non tantum per charitatem, induxit hunc
nexu vniuntur beati ipsi Deo clare vito, ver-
rum etiam, ipsam beatitudinem formalem
summo prosequuntur amore.

Est enim hæc, possessio actualis summum
boni & quæ non possunt dissoluiri neque eam
aliquid aliud esse vident quam id quo sunt
formaliter beati, à quo si recederent fierent
miserrimi, ergo, illam nequeunt odio habere,
aut illam amittere.

Spes vero quæ terminatur ad Dei posses-
sionem remanet in voluntate beatorum, quia
fugit umbra, adueniente sole.

Laboranus in hac vita, ut in futura Deo
perfruamur: sed aduenientem bono cessat labor;
cessat Spes aut taliter in fruitionem transfor-
matur.

Speramus hic fruamur illic: hic laboramus;
illic quiescemos: hic multis implicamur curis
& sollicitudinibus: illic vero translationis quies-
tem ab omni cura erimus absoluti. Tota ibi
cura erit ut Deum contemplemur; eius diuinam
bonitatem admiremur.

Virtutes Morales aquisitæ & infusaæ, proba-
bile est quod renaneant in patria non quidem
codem fine, quod in via; sed diuerso plane.

Hic enim, Prudentia est, ut priuatim no-
bis & deinde aliis prouideamus: Iustitia, ut
& nobis & aliis quod iustum est tribuamus;

Temperantia, ut ab excessibus abstineamus: Fortitudo, ut omnes actus virtutum fortiter eliciamus. At in patria, haec omnes virtutes erunt ut ornamenta animae, statum beatificum minimè de decentia.

Quinimmo, prudentia reuocabit mentem in memoriam praeteritorum, illustrabit ad intelligentiam presentium, & corroborabit in laetitiam futorum. Iustitia confirmabit voluntatem ad laudes Deo decantandas per totam æternitatem. Temperantia, ad decorandos affectus, iuxta mensuram beatitudinis.

Et Fortitudo ad fortiter & suauiter in perpetuas æternitates omnes conatus elicendos ut Deo placeamus.

Pullulabit pariter impecabilitas in voluntate nostra, beneficio visionis beatificæ. Si enim posset beatus peccare, è sua beatitudine posset decidere, & fieri ex beato, miser & ita beatitudo, non esset vita æterna.

Peccare enim est auertere se à Deo & conuerti ad creaturas: nedum cogitatione, sed etiam amore: nequeunt autem beati suam auertere voluntatem aut cogitationem à Deo, ut alio se cōuertant: Majus enim bonum, maiusque verum, aduertunt in Deo, quam in ullo alio.

Ita enim se habet beatus ad Deum, sicut viator ad communem rationem boni: at viator non potest aliquid velle aut operari nisi attendens ad bonum commune, ergo, neque beatus, nisi attendens ad Deum. Quinimmo potentior est Deus, quocunque omni alio, & ipse solus, majus bonum est cæteris bonis si-

mul sumptis: ergo, si cætera bona possint ita absorbere affectus viatorum, ut nollent iij è vita discedere ut Deum viderent, dummodo illis bonis perpetuò fruerentur: fortiori iure beati nolunt à Deo discedere, vt se iterū asciscant & deuqueant creaturis.

Quid enim creaturæ quām vermes? quid Angeli quām natura quæ cùm ceciderit, nequit è casu erigi? Quid Cœli quām corpora inanimata quæ ex proprio nixu nequeunt volui: nec etiam formicam aut muscam edere?

Quid elementa: quām corpora simplicia corruptioni obnoxia?

Mixta, quid, nisi fortunæ ludibrium? Plantæ nihil aliud sunt quām Cœlorum, Elementorum, & brutorum animalium, ludus. Bruta quidem videntur esse præstantiora vniuersi orbis ornamenti: sed vana eorum vita, quippe quæ cum corpore extinguitur, & perit.

Homo sane quipiam quidem est diuinum cùm præ se ferat diuinitatis effigiem; at ex terra est configuratus, & in terra constitutus est, terraque vescitur & tandem in terram est reuersurus? Si quis igitur sit scopus hominis, maximè Deus: ab illo semel adepto non discedet, illi semper adhærebit, inhærebit, & conglutinabitur. Ab adamo autem usque ad ascensionem Christi nullæ animæ adeptæ sunt beatitudinem essentialē. Noluit enī Deus quipiam admittere ad beatitudinem quam perdidérat primus homo, nisi prius solutum esset debitum, Christus autē solus abluit eos.

Ilio sanguine: dedit nobis vitam sua morte: januam aperuit, quam clauscrat peccatum: & prius ingressus est qui via erat, & ostium, per quod qui non intrat fur est & latro.

Christus igitur primus Ccelos ingressus est & secum duxit animas fidelium qui iam dormierant: pessimi homines statim ac obeunt ad inferos detruuntur quia hæc via est quæ ducit ad perditionem: aperta est & non claudetur quandiu erunt peccatores. Interior homo, iam finis imminet meæ admonitionis; vndique angustiæ: via lata, & via arcta est; hæc ad flores; illa ad spinas, carpe quam malueris, sed tibi cōsulē. An præter beatitudinē essentialē dētur alia accidentalis, videamus.

Hæc quidem sapient Theologiam, sed Philosophiam, soror est Theologie, minor natu, & solent se mutuo amplexu sorores complecti. Docent Theologi Deum imperiis beatis quedam premia aduentitia. Hæc sunt quadam aureole, quibus nobilitat Deus tria genera beatorum, Martyres, scilicet Virgines, & Doctores. His enim gradibus sanctorum respondent singula corona, propter insignes victorias quas reportauerunt in certamine huic vita. Triumpharunt Martyres de mundo, Virgines de carne, & Doctores de Diabolo. Hi quidem sua doctrina astutias Diaboli detegentes: ille, carnis impetus dominantes; alij vero Principes huic seculi contemnentes, ut se totos Christo darent. Hi omnes sint tibi exemplaria virtutum. Interior homo sine tibi Magistri morum: imitare affectus Martyrum, sequere viam Virginum & Doctorum: sectare Doctrinam sed in primis sibi Deo, fini ultimæ nostro, honor & gloria æternæ.

FINIS.

